Decretales sine
glosis. dni Suā
toslai plebam
de Zneyna.

**GREGORIUS** episcopus servus servorum dei dilectis filiis doctoribus et scolaribus universis bononie commorantibus salutem et apostolicam benedictionem.

Rex pacificus pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos pacificos et modestos. Sed effrenata cupiditas sui prodiga pacis emula mater litium materia iurgiorum tot cotidie nova litigia generat ut nisi iustitia conatus eius sua virtute reprimeret et questiones ipsius implicitas explicaret ius humani federis litigatorum abusus extingueret et dato libello repudii concordia extra mundi terminos exularet. Ideo lex proditur ut appetitus noxius sub iuris regula limitetur per quam genus humanum ut honeste vivat alterum non ledat ius suum unicuique tribuat informatur. Sane diversas constitutiones et decretales epistolas predecessorum nostrorum in diversa dispersas volumina quarum aliquae propter nimiam similitudinem et quedam propter contrarietatem nonnulle etiam propter sui prolixitatem confusionem inducere videbantur aliquae vero vagabantur extra volumina supradicta que tanquam incerte frequenter in iudiciis vacillabant ad communem et maxime studentium utilitatem per dilectum filium fratrem Raymundum capellanum et penitentiarium nostrum illas in unum volumen resecatis superfluis providimus redigendas adicientes constitutiones nostras et decretales epistolas per quas nonnulla que in prioribus erant dubia declarantur. Volentes igitur ut hac tantum compilatione universi utantur in iudiciis et in scolis districtius prohibemus ne quis presumat aliam facere absque auctoritate sedis apostolice specialis.

Firmiter credimus et simpliciter confitemur quod unus solus verus est deus eternus immensus et incommutabilis omnipotens et ineffabilis pater et filius et spiritus sanctus tres quidem persone sed una essentia substantia seu natura simplex omnino. Pater a nullo filius autem a patre solo ac spiritus sanctus pariter ab utroque absque initio semper ac fine. Pater generans filius nascens et spiritus sanctus procedens consubstantiales et coequales et coomnipotentes et coeterni unum universorum principium creator omnium invisibilium et visibilium spiritualium et corporalium qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nichilo condidit creaturam spiritualem et corporalem angelicam videlicet et mundanam ac deinde humanam quasi communem ex spiritu et corpore constitutam. Diabolus enim et alii demones a deo quidem natura creati sunt boni sed ipsi per se facti sunt mali. Homo vero diaboli suggestione peccavit. Hec sancta trinitas secundum communem essentiam individua et secundum personales proprietates discreta primo per moysen et sanctos prophetas aliosque famulos suos iuxta ordinatissimam dispositionem temporum doctrinam humano generi tribuit salutarem.

[illegible]

tatem. et tandem unigenitus dei filius ihesus christus a tota trinitate communiter incarnatus. ex maria semper uirgine spiritus sancti operatione conceptus. uerus homo factus. ex anima rationali et humana carne compositus. una in duabus naturis persona uiam uite manifestius demonstrauit. Qui cum secundum diuinitatem sit immortalis et impassibilis et idem ipse secundum humanitatem factus est passibilis et mortalis. qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus et mortuus descendit ad inferos. resurrexit a mortuis. et ascendit in celum. sed descendit in anima et resurrexit in carne ascenditque pariter in utroque; uenturus in fine seculi iudicare uiuos et mortuos et redditurus singulis secundum opera sua. tam reprobis quam electis. qui omnes cum suis propriis resurgent corporibus que nunc gestant. ut recipiant secundum opera sua siue bona fuerint siue mala. Illi cum diabolo penam perpetuam. et isti cum christo gloriam sempiternam. Una uero est fidelium uniuersalis ecclesia. extra quam nullus omnino saluatur. in qua idem ipse sacerdos est sacrificium ihesus christus cuius corpus et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et uini ueraciter continentur transsubstantiatis pane in corpus et uino in sanguinem. potestate diuina. ut ad perficiendum misterium unitatis. accipiamus ipsi de suo. quod accepit ipse de nostro. et hoc utique sacramentum nemo potest conficere nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus. secundum claues ecclesie. quas ipse concessit apostolis eorumque successoribus ihesus christus.

Sacramentum uero baptismi. quod ad dei inuocationem et indiuidue trinitatis uidelicet patris et filii et spiritus sancti consecratur in aqua tam paruulis quam adultis. in forma ecclesie. a quocumque rite collatum proficit ad salutem. et si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum per ueram potest semper penitentiam reparari. Non solum autem uirgines et continentes uerum etiam coniugati per fidem rectam et operationem bonam placentes deo ad eternam merentur beatitudinem peruenire.

Id. innocentius.

Dampnamus ergo et reprobamus libellum seu tractatum. quem abbas ioachim edidit contra magistrum. p. lombardum de unitate seu essentia trinitatis appellans ipsum hereticum et insanum pro eo quod in suis dixit sententiis. quoniam quedam summa res est pater et filius et spiritus sanctus et illa non est generans neque genita. nec procedens. unde asserit quod ille non tam trinitatem quam quaternitatem astruebat. in deo uidelicet tres personas et illam communem essentiam quasi quartam. manifeste protestans. quod nulla res est que sit pater et filius et spiritus sanctus. nec essentia. nec substantia. nec natura. quamuis concedat quod pater et filius et spiritus sanctus sunt una essentia. una substantia. unaque natura. Uerum unitatem huiusmodi. nec ueram et propriam sed quasi collectiuam et similitudinariam confitetur. quemadmodum dicuntur multi homines unus populus. et multi fideles una ecclesia. iuxta illud multitudinis credentium erat cor unum et anima una. et qui adheret deo unus spiritus est cum illo. Item qui plantat et qui rigat unum sunt. et omnes unum corpus sumus in christo. Rursus in libro regum. populus meus et populus tuus unum sunt. Ad hanc autem suam sententiam astruendam. illud potissimum uerbum inducit. quod christus de fidelibus inquid in euangelio. Volo pater ut sint unum in nobis. sicut et nos unum sumus. ut sint consumma-

[illegible]

et unum. Non enim ut ait, fideles sunt unum, id est quedam una res que communis sit omnibus, sed hoc modo sunt unum, id est una ecclesia propter catholice fidei unitatem, et tandem unum regnum, propter unionem indissolubilis caritatis. quemadmodum in canonica Iohannis apostoli epistola legitur: quia tres sunt qui testimonium dant in celo, pater et filius et spiritus sanctus, et hi tres unum sunt. Statimque subiungitur. tres sunt qui testimonium dant in terra. spiritus et aqua et sanguis, et hi tres unum sunt. sicut in quibusdam codicibus invenitur. Nos autem sacro approbante concilio credimus et confitemur cum Petro, quod una quedam res est, incomprehensibilis quidem et ineffabilis. que veraciter est pater et filius et spiritus sanctus, tres simul persone ac sigillatim quelibet earundem, et ideo in deo solummodo trinitas est non quaternitas. quia quelibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia seu natura divina. que sola est universorum principium. preter quam aliud inveniri non potest. et illa res non est generans, neque genita nec procedens. sed est pater qui generat, et filius qui generatur, et spiritus sanctus qui procedit, ut distinctiones sint in personis, et unitas in natura. Licet igitur alius sit pater, alius sit filius, sit alius spiritus sanctus, non tamen aliud, sed id quod est pater est filius, et spiritus sanctus idem omnino, ut secundum orthodoxam et catholicam fidem consubstantiales esse credantur. pater enim ab eterno filium generando, suam substantiam ei dedit. iuxta quod ipse testatur: pater quod dedit michi maius omnibus est. ac dici non potest, quod partem substantie illi dederit. et partem ipse sibi retinuerit. cum substantia patris indivisibilis sit, utpote simplex omnino. sed nec dici potest quod pater in filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam filio, quod non retinuerit ipsam sibi, alioquin desisset esse substantia. patet ergo quod sine ulla diminutione filius nascendo substantiam patris accepit. et ita pater et filius habent eandem substantiam, et sic eadem res est pater et filius, necnon et spiritus sanctus ab utroque procedens. Cum ergo veritas pro fidelibus suis orat ad patrem, volo inquit, ut ipsi sint unum in nobis sicut et nos unum sumus. hoc nomen unum pro fidelibus quidem accipitur, ut intelligatur unio caritatis in gratia, pro personis vero divinis, ut attendatur identitatis in natura unitas. quemadmodum alibi veritas ait. Estote perfecti sicut et pater vester celestis perfectus est. ac si diceret manifestius: estote perfecti, gratie perfectione, sicut pater vester celestis perfectus est naturali perfectione, utraque videlicet suo modo. quia inter creatorem et creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda. Siquis igitur sententiam vel doctrinam prefati Ioachim in hac parte defendere vel approbare presumpserit, tanquam hereticus ab omnibus confutetur. In nullo tamen per hoc Florensi monasterio, cuius ipse Ioachim extitit institutor, volumus derogari, quoniam et regularis est institutio et observantia salutaris. maxime cum idem Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandaverit, apostolice sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda, dictans epistolam, cui propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur, se illam fidem tenere quam Romana tenet ecclesia. que disponente domino cunctorum fidelium mater est et magistra. Reprobamus ergo et condempnamus perversissimum dogma impii Amalrici, cuius mentem pater mendacii excecavit, ut eius doctrina non tam heretica censenda sit quam insana.

# De constitutionibus.

Eracl. in Sirmien. Canonum statuta custodiantur ab omnibus, et nemo in actionibus vel iudiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur.

Gregorius in registro.

Cognoscentes et infra. Rem que culpa caret in dampnum vocari non convenit. Quotiens vero novum quid statuitur, ita solet futuris formam imponere, ut dispendiis preterita non condempnet, ne detrimentum ante prohibitionem possint ignorantes incurrere, quod eos postmodum dignum est vetitos sustinere.

Aug. super illud epistole ad hebreos.

Translato sacerdotio necesse est ut leg

translatio fiat. quia enim simul et ab eodem et sub eadem sponsione. utraque data sunt. quod de uno dicitur necesse est ut de altero intelligatur. Lo super epistola ad romanos.

Nam concupiscentiam nesciebam. et cetera. hoc enim eligens apostolus generale. unde omnia mala oriuntur. bona est ergo lex que dum hec prohibet. omnia mala prohibet. In ueniunt ut imparatos.

Ne innitaris prudentie tue. prudentie sue innititur. qui ea que sibi agenda uel dicenda uidentur. patrum decretis preponit. Innocentius .iii. Senonensi archiepiscopo. et episcopo Trecensi.

Cum omnes et infra. Ad audientiam apostolatus nostri peruenit. quod Trecensis canonici nouum fecerunt in Trecensi ecclesia constitutum. ut eis tam in presentia quam in absentia redditus suos ex integro perciperent. qui in eadem ecclesia. post illam constitutionem fuerant. uel decetero fuerint instituti redditus in absentia non perciperent. sed tunc solummodo fuerint residentes. cum secundum Trecensis ecclesie consuetudinem. Omnes in hoc consueuerint esse pares. Statuerunt etiam ut cum singulis prebendis annexe sint. uinee quas suas dum uixerint possidentibus; uinee decedentium in ad successores non transeant. sed prouentus earum inter singulos diuidantur. Cum igitur. et cetera. in alterum statuit tempore debere. et cetera. Ad antiquos canonicos iuniores et iuniores imperceptione fructuum tam prebendarum quam uinearum consequeris. antiquis secundum priorem consuetudinem usque ad tempus predicte constitutionis seruatam ut secundum irrationabilem institutionem imposterum obseruandam. Idem. Trecentium. episcopo.

Cum ecclesiarum et infra. Sane peruenit ad audientiam nostram. quod tu sinum constitueris. ut si quis se ad inopiam urgente probabili allegauerit alienandi feudum quod ab ecclesia ut alius tenet. liberam habeat facultatem. et infra. Volentes igitur ecclesiarum indempnitati consulere. constitutiones huiusmodi et uenditiones feudorum ecclesiasticorum factas sine legitimo consensu

suorum fratrum assensu. uires decernimus non habere. Idem.

Cum accessissent. ad apostolicam sedem. archidiaconus Tullensis. et G. Tullensis capituli procurator. archidiaconus proposuit memoratus. quod cum olim Tullenses canonici nostris auribus intimassent. quod primicerii auctoritas in Tullensi ecclesia tanto tempore uacauisset; quod ad manus manus illius peruentus esse dicatio deuoluta. et infra. Fuit in super ex parte capituli. allegatum. quod communi consensu canonicorum Tullensium. fuit constitutum. ne primiceriatus dignitas esset ulterius in ecclesia memorata. inter canonicos ipsos primiceriatus prouentibus et possessionibus distributis. et cetera. propter quod eundem esse apparuit. quod primiceriatus ipse. tanto tempore non uacasset. sicut nobis fuerat falsa insinuatione sugestum. et cetera. Quocirca mandamus quatenus si uobis constiterit Tullenses canonicos. ne ulterius in Tullensi ecclesia primiceriatus esset officium communiter statuisse. ac statutum ipsum auctoritate sedis apostolice fuisse postmodum sicut dicitur confirmatum. uos illud faciatis in suo robore permanere. nisi postea dicti canonici contrauenerint aliquem uidelicet in primicerium eligendo. Idem. eiugien. episcopo.

Cum .M. Ferrariensis et infra. Dictus .M. pro se ac quattuor sociis proposuit. quod Ferrariensis canonici. ut eo amplius suos redditus augmentarent. quo prouentus ecclesie qui diuidi consueuerant inter plures. in usus cederent pauciorum. .xiii. prebendas tantum preter id quod in se communiter deputauit. in eadem ecclesia contra antiquam consuetudinem statuerunt. Postmodum uero contra constitutionem ipsam uoluntate uenientes. dictos .v. in canonicos receperunt. nullis prebendis assignatis eisdem et licet eorum redditus non modicum fuerint augmentati. nondum tamen eis uoluerunt. ex suis crescentibus redditibus prouidere. Verum ex aduerso fuit propositum. quod .xiii. prebendarum. numero in Ferrariensi. ecclesia instituto. et apostolico protectionis presidio roborato. cum una in eadem prebendarum uacasset. ad quorumdam instantiam diuorum predictorum. et cetera. postmodum ad preces episcopi. accep.

... exequentium aliquem sine preiudicio dicte constitutionis in canonicos receperunt. ita quod ipsi de canonica nichil perciperent donec primum duo essent prebendas integre assecuti. Cumque per canonicorum industriam fuerunt procuratum. ut ex possessionibus quas ecclesia longo tempore possedit plures eius redditus solverentur. sed excrescentes communis, que minus sufficiens fuerant computarunt. quos dicti .v. sibi postmodum petierunt contra capitulum constitutionem in beneficium assignari. et ideo cum institutione facta. et confirmatione sedis apostolice vel fuerit. vel esse debuerit sicut consuevit expressum. nisi in tantum excrescerent ecclesie facultates. quod pluribus possent sufficere competenter. et iidem canonici in derogatione sue constitutionis omnibus; ad vacaturas prebendas .iiii. receperint ultra numerum constitutum. antiquis canonicis prebendas cum integritate percipientibus consuetas. super excrescentes redditus predictis canonicis faciat assignari. ita quod si ex eis pares cum aliis potuerint facere prebendas. quod super fuerit in communes canonicorum usus sicut prius fuerat statutum sive aliter, prout melius videbitur commutatum. revocatis in irritum quecumque ab alterutra parte in preiudicium alterius post motam questionem coram episcopo fuerint circa prebendas vel possessiones fuerint innovata.

**I**dem abbati et conventui sancti Silvestri.

**E**cclesie secularis etc. et infra. nos attendentes quod laicis et religiosis personis super ecclesiis et personis ecclesiasticis nulla sit attributa facultas quos obsequendi manet necessitas non auctoritas imperandi. a quibus si quid motu proprio statutum fuerit. quod ecclesiarum etiam respiciat commodum et favorem. nullius firmitatis existit nisi ab ecclesia fuerit approbatum. Unde statutum de non alienandis prebendis rusticis vel urbanis. institutis et ornamentis ecclesiarum. illa reprobatum fuit potius ratione. quod auctoritate. non fuit romani pontificis roboratum. quod a senatore factum fuerat in preiudicium monasterii. non convenienti confessi. vel convenienti in irritum revocantes, easdem possessiones restituendas sibi sententialiter diffinimus.

**I**dem universis doctoribus parisius commorantibus;

**E**x litteris vestre devotionis accepimus. et infra. licet a nobis fidei prestita fuit constitutum. ut siquis magistrorum ordinationi universitatis ipsorum duxerit resistendum et premonitus ... infra triduum universitati parere contempnet. magistrorum communione beneficio societatis eorum in magistralibus privaretur. et ob hoc magister .G. fuit eorum communione privatus. quia tamen constitutum non fuit. ut in perpetuum huius privatio perduraret tam universis canonici quam nunc moris existat. ut his qui propter contumaciam communione privatur. cum satisfactione congrua exhibuerit. restitutionem obtineat. mandamus quatenus supradictum magistrum statutis universitatis nunc humiliter parere curantem. ad communionis vestre consortium in magistralibus admittatis.

**H**onorius .iii. episcopo et cantori cabilonensi.

**E**x parte episcopi eduensis. fuit propositum. quod canonici eduenses, proprius commodis inhiantes. prebendarum numerum ab antiquo in ecclesia eduensi. statutum licet non sint eius diminuti redditus. restrinxerunt. et infra. volentes igitur divinum nominis cultum diminui. sed potius augmentari. mandamus quatenus antiquum numerum facientes augeri. in eadem sua auctoritate prebendas quas asserunt ultimi statuti in venitis vacasse. in ecclesia memorata. non obstante aliqua constitutione super hec a canonicis ipsis facta. vel confirmatione a nobis ab eis dem obtenta personis ydoneis cum consilio episcopi conferatis.

**G**regorius nonus. archipresbytero sancte Marie maioris de urbe.

**Q**uoniam constitutio. apostolice sedis. omnes astringit. et nichil debet obscurum vel ambiguum continere. declaramus constitutionem quam nuper super conferendis in precep...

tione porcionis maioribus. et consue
tis seruitiis. ammonibus; exhibitionis
exhiberimus. non ad preteritas. sed futu
ras tantum extendi. cum legis consti
tutiones futuris certum sit dare for
mam negociis. non ad preterita facta tra
hi. nisi nominatim in eis de preteritis
caueatur. De rescriptis. · o · c.

Sicut romana. Et infra. Questium est.
ex parte tua sicut aliquibus causa de
legatis iudicibus; sublato remedio appellationis
committitur. et litteris apostolicis altera pars
munita quibus ei generaliter est indultum.
ut libere sibi liceat appellare in uocem
appellationis prorumpit. cuius mea causa
debeat appellationi deferri. Inquisitioni
tue taliter respondemus. quod eius in hac parte
appellatio non debet admitti. postquam est
cum iudicibus; ap. re. c. quia speciale man
datum derogat generali. I D. cantuar.
archiepiscopo.

Ex parte conuentrensis. episcopi nostris est auribus;
intimatum. quod cum decanus quem item
G. et F. clericos instituit. super prebenda de
nouali. cognoscens legitime. eidem F. sed
tenore litterarum nostrarum continentium
quod si constaret ipsum de periurio esse conuictum.
et ex pactio illi renuntiasse; prebendam. amo
ueret ab ea. eo cognito et probato. prebendam
dam adiudicassent eandem. ipse in uo
cem appellationis prorupit. et ad te quod ei pre
bendam per se et absque cause cognitione
restituerent litteras reportauit. Et infra. Unde
quia non credemus ita per se scripsis
se. et in huius litteris intelligenda est hec con
ditio. etiam si non apponatur. si preces ueritate
nitantur. Mandamus quatenus inspectis litteris quas episcopus
predicto dederimus si inueneris quod secundum pre
dictum modum ei scripserimus. et in lit
teris quas prefatus F. reportauit non fuit
habita predictarum mentio litterarum. sententiam episcopi pre
fati confirmes. et sepe dictum F. cum lit
teris nostris quas tibi detulit ad presentiam nostram
uenire compellas. I D. uictoriensi episcopo.

Ceterum si aliquis super aliqua causa absque
se. litteras impetrauit. et aduersarius ei ea

dem causam per medium optinuit commit
ti aliis. deum commissione prior non habita menti
one: priores iudices ad decisionem cause posse
procedere. nec secunde littere obtinent aliquam
roboris firmitatem. Quid si uero ut taliter ha
beatur mentio de commissione priori. predicta causa
apostolicum est excepta iudicio. cum eedem
littere non sint ueritate tacita impetrate.
Verum si de assensu partium causa committitur.
et processu temporis uel et continuo alterius
partis altera nesciente causam ipsum taci
to de commissione priori alii optinuit delega
ri. non immerito is qui tali dolo et fraude
aduersantium suum laborare coegit; ex
pensis condempnari debet eidem. I D.
eboracensi. archiepiscopo.

Inter ceteras consultationes tuas fuit propositum
quod tenere debeas. cum aliqua sub certis uer
bis mandantur quorum unum uerum est
alterum falsum. puta si proponitur quod si talis
sit sacerdotis filius in sacerdocio genitus
qui proximo in tali ecclesia ministrauit.
uel quod illi in eadem ecclesia occupauit. huic
ergo quidem. et infra. Iudici cui causam istorum
committit illi prebatam ecclesiam abiudicari
debere. et id in similibus; obseruandum. I D.
archiepiscopo. rauennatensi.

Si quando aliqua tue fraternitati dirigimus que
animum tuum exasperare uidentur. turbari
non debes. et infra. Qualitatem negocii pro qua tibi
scribitur diligenter considerans. aut
mandatum nostrum reuerenter adimpleas.
aut per litteras tuas quare adimplere non possis.
rationabilem causam pretendas. quia patienter
sustinebimus si non feceris quod praua
nobis fuerit insinuatione suggestum.
I D. fratribus; cistertiensibus.

Cum ordine cistertientium professi. et infra.
dicere uos super decimis uel aliis quod dicimus
uno speciali ap. se. inclusit. non facta mentione
cistertiensis. ordinis littere fuerint a se. apostolica
impetrate. per eas minime teneamini respon
dere. I D. tornacensi. episcopo.

Causam te. et infra. Dudum siquidem in tua
promotione. littere a nobis si bene me
minimus emanarunt. de quibus decano

ecclesie commisse. te adhuc in eodem capitulo
existente in diaconum duximus se ppetui.
ut p. qui dgentie iudex exigente duxit
et divina gratia suis fuisset manifestum
receperit et infirm. et pbendam sibi conferre
deberent. et infra. quia nos quia deratio pbendarum
dantum adte expectabat preceptum nostrum in
executioni non potuerit mandare. Cum itaque
prescriptus. o. te supradicto existente nostra requireret.
reddisti quod nullum in mandatis
pis et sic tenum ate infecto negotio re
misisti. et nullatenus fecisse deberes.
si diatim litterarum diligentius atte
disses. cum tempore quo littere ipse date sunt
de capitulo ipso eras. sicut qui eras archid.
et canonicus eiusdem ecclesie. nec eras adhuc
in episcopum consecratus. et infra. pro eo non quia
dein extitit ipsum dedignari non debes.

Lucius tertius. longobardiensi episcopo.

Ad aures nostras pervenit quod plerique decani. archi-
presbyteri. ut alii ecclesiastici praediti digni
tatibus super minoribus beneficiis litteras
impetrantes nomen supprimunt digni
tatis. et simplici nomine se appellant. tamquam
non habeant aliquem personatum. et infra. cum
quod cum non sit intentionis nostre ut personis
pluribus redditibus habundantes per litteras
nostras pauperes clericos super minoribus bene
ficiis inquietent (i. molestet) litteras in quibus ac
tor sue nomen supprimit dignitatis. vi
res nolumus optinere. Idem. Nor-
vicensi episcopo.

Si aliquis auctoritate posteriorum litterarum
priorum instantiam iudiciorum tractus ob
iecerit litteras se priores habere de quibus ipso
sterioribus mentio non habetur. sive eis dolo vel
negligentia uti postposuerit excusa
ri non debet. Si autem quia delegati iudicis
copiam nequiverit habere posteriores litteras impetrare
non potuerit convenire. Idem.

Ad hoc summus. et infra. Significatum est nobis
quosdam impune tue partibus tales
ut asserunt de cancellaria nostra litteras
recepisse per quas eorum omnia negocia uni
iudicis vel plurium quos sibi elegerit
arbitrio committuntur. sicque fit ut si aliquis
[illegible]
eius non requirunt sed ad iudicem [illegible]
suspicio delegatos sibi proprios et parti
adverse suspectis [illegible] examinanda que
stiones deducant. et infra. Nos huic molestie
celeriter volentes obviare remedio.
mandamus quatenus si litteras tales in provincia
tua inveneris eas carere viribus nostra
auctoritate decernas. Idem.

Ad audientiam nostram te significante
pervenit quod H. dictus Stephanus super absolu
tione sua litteras tibi ut prima facie vi
debatur apostolicas presentavit. quibus quoniam
manifestum continent incostruc
tionis peccatum fidem te nolumus adhibere.

Clemens tertius.

Ex parte .S. presbyteri ecclesie de Tarento nobis inno
tuit. quod cum capella [illegible] ad predictam
ecclesiam de iure pertineat. O. diaconus
qui iam dictam capellam detinet cap
pellanum ipsius ecclesie nomine ipsius S. in ea
ministrante. per apostolicae sedis fratrem Amonium
quia cum esset .S. prescriptus et ad iudicem
litteras impetrasset. ipse. O. appellationem su
am prosequi non curavit. Cumque auctoritate
predictorum iudicum missus esset vocatus. di
xit se litteras priores habere de quibus nulla
mentio in posterioribus habebatur. quas tamen
aditum citationem suppressit. eisque dolo
vel negligentia uti postposuit. que ex diu
turnitate temporis videbantur. in quibus nulla
mentio de appellatione ab ipso facta fiebat. cum
biennium a tempore appellationis iam fuisset
elapsum. Ideoque mandamus quatenus si ita esse constiterit
revocatis in statum pristinum omnibus que
post appellationem ipsius .O. inveneritis attemptata
predictam ecclesiam matrici ecclesie restituere
procuretis. predictum. O. sicut in appellatione
suam non fuisse prosecutum constiterit me
morato .S. in expensis necessariis con
dempnantes. Celestinus tertius.

Sciscitatus es a nobis per tuorum destinatum
de qua impotentia illud intelligatur.
quod in litteris sepe consuevit apponi ut si
duo vel tres quibus littere diriguntur his
exequendis simul interesse nequiverint.

minus, aut pluribus, quibus scribitur, in dictorum exequantur. Nos vero ita sentimus, quod tam de iure, quam de facto, illa impotentia censeatur de iure, si aliquem illorum sive ut infamem aut alio legitimo impedimento detemptum esse constiterit; de facto si constiterit eum casu mortis occumbere, aut inevitabilis necessitatis articulo impediri quo minus valeat interesse. Dummodo qui praesentialiter praesens esse non potest collegii sui canonicam excusationem suam curet, si potuerit, demonstrare, ut alii coniudices vel executores iudicio minus ad consummationem muneris mandati procedant; nec enim ille qui tantummodo non vult interesse hac impossibilitatis interpretatione valet aliquatenus excusari, nisi forte sic in rescripto habeatur expressum: Si non omnes interesse voluerint vel simul nequiverint aut noluerint interesse.

Innocentius III. episcopo Elyensi.

Pastoralis officii etc. Et infra. Quaesivisti etiam de revocatione litterarum ambigitur, utrum iudices priores an posteriores cognoscere debeant, et utrum praeiudicarint primae litterae revocare, atque quod talibus etc. Nisi posteriores prioribus, ut ex eo exceperint defendendum simul utrique cognoscant; et si forte nequiverint in unam sententiam concordare, quamvis plures sint extra parte quam in altera, par bonus contra electos a partibus, hic certatio sopiatur.

Cum autem sub hac forma, videlicet tam quam talis ad universitatem, et quosdam alios super hoc et quibusdam aliis se habere proponi tibi exprimimus contendam, an ob multociens litterae impetrantur sollicite quaesivisti, an iudex ex delegatione huiusmodi per formam, ut verum expressione suppositis vel rebus exprimendis habeat potestatem, advertens utrum sententia quia personae vel res expressae sunt nominatim, super non expressis in commissione ponitur, si generalis complexionis speciales litterae quae de priori commissione nullam faciant mentionem. Ad alios iudices a sede apostolica emanaverint eumdem vigorem debeant optinere. Nos igitur ad haec duo taliter respondemus quod cum generali et speciali procul dubio derogetur, iurisdictio per generales litteras attributa per speciales quantum ad ea quae specialiter exprimuntur penitus enervatur, licet de prioribus non faciant mentionem. Unde super praemissa relinquitur prima quaestio et sic [illegible] dici possit, quod decet iudicio revocetur ea super eorum vel personarum articulis expressionis optinet delegatus. Et tamen quia exprimantur personae vel res delegatis nequiverit iudicare, hic exercere.

Idem Senonensi archiepiscopo.

Sedes apostolica consuevit exhibere se petentibus liberalem, sed quidam eius gratia nequiter abutuntur. Et infra. Nos igitur volentes eorum in aliquo malitiis obviare decernimus, ut cum in commissionibus iuris minores et viliores personae solummodo designantur, maiores et dignitate sub generali clausula non intelligantur inclusi, sed nec liceat ob degenerata ratione huiusmodi multitudine effrenata in iudicium evocare, nec super maioribus et gravioribus negotiis audiantur, qui de minoribus et levioribus etiam faciunt mentionem. Si quis vero aliquas personas expressas fecerit, non ut velit cum eis in iudicio experiri, sed ut alias personas transire valeat vel in maiores, quas fraus et dolus ei patrocinari non debet, tanquam in dubio per eorum falsitate careat penitus impetratis.

Idem R. cantori et R. priori de Monte [illegible].

Ex tenore litterarum quas nobis destinastis intelleximus R. sacerdotem de [illegible] ad alios iudices super quaestione quae inter ipsum et abbatem de [illegible] vertitur litteras apostolicas impetrasse, qui cum parte citassent adversam, dictus presbiter coram eis noluit litigare. Et infra. Cumque vos in causae cognitione velletis procedere, abbas coram vobis proposuit quod non tenebatur per litteras ad vos litteras presbitero respondere, cum per alias a iudicibus iudicio fuisset citatus, quae auctoritate illarum non fuerunt revocatae. Nos igitur attendentes fraudem presbiteri memorati duas commissiones super eodem negotio impetrantis, quarum alteram non faciebat mentionem, de reliqua...

est quod decorum [illegible] fiat. Sed oppositum quod si abbas [illegible]
quod habent nichil homini tenebit sententia illorum iudicum [illegible]

[illegible] ... q̄ quoq; dr̄ hr̄e digtate. iuȷ. di. de ... nq; eni macipia dn̄i hr̄e digtate. ff. d usuf. l. et ... es potestates dn̄i hr̄e digtate. xx. iiȷ. q. v. admini ... jat dr̄ digtas. ff. ad. l. cor. d sic. l. plr̄. sr̄ nuq ullam ... q dr̄ xxxv. q. ix. ul d q dr̄ xxviiȷ. q. i. q. ul d quo [illegible]

fusus 7 dolus alicui patrocinari n̄ deb7. decernimus ut ip̄e co modo careat utrusq;. Id. mediolan̄. archiep̄o.

Cum adeo septa. se. ap. modicum m 7 j. s. qsisti nob qrum. p. clicus in eccl̄a modicen. sufficient̄e sibi sit p̄bndam adeptus mirabat quod p̄ receptice ip̄ius in eccl̄a dagrosa. ppoito 7 fratrib; eius de eccle litteras misemus. cum si litteraꝝ tenorum scie attendisses. nich inuenisses in eis qd tuum debuisses animum offendisse. Cum eni in litteris nec d prebenda ipi intio habetur. nec modicen canoic. immo nec clicus diceretur in eis. 7 in litteris ipis. hec eet obiecta codicio. si dignus existet ad eccl̄asticu bnficium obtinendum. intellige potuisses qualit littere ipe fuit impetrate. Id. electo decano. 7 n. canonico. cameren.

Causam que int p̄ mōst. 7 p̄inc. eccl̄as. sup possessoib; de anapia uertitur. 7 j. sp in litteris n̄ra ad ultimus fuisse instum. quod si altera ultra partium citata legitime p̄ntiam u̅ram adire ul iudicio parere contepnet. uos p̄ntis partis p̄bationes recipe. 7 quantum d iure possetis in ca cognitioe ac decisioe pcedere minime tardetis. nos uolentes. ut clausula illa quantu d iure potiritis. que an quam p̄bationu receptioe intio fieret fuerat inseranda. clausula illa de receptioe pcedat. Q. ipam intellige tes ibide. in ca iuxta tenore illaꝝ pcedere n̄o tardetis. prursum ut si litterarū auctoritate p̄ntium in eode negō legitime e p̄cessum. stabile p̄seueret. Alioquin si ex ca ioe clausule memorate aliquid constitit in alterutus ptis p̄iudicium attēptatum. id uiribus decernim carituru. mandantes ut in decisioe ip̄ius negocii sicut p̄missum ē ta sup principali quā sup incidentib; questioib; ap. re. canonice pcedatis. Id. archiep̄o. Senon.

Constitut. ap̄. se. ap. p. clic pposuit q c. p̄dec. n. d cano. 7 caplo. bitur. d dit in mandatis. ut ip̄m reciperent in canonicum 7 in fr̄m. 7 p̄bndam ei conferrent si qua tunc in eorum ul eccl̄a uacaret. primo uacaturā. 7 ipi mandatum eius admitte n̄o curassent. eis pcipiendo mandau. ut q mādauit ad implent. sibi sup h exequtorib; d putatis. 7 j. Vum pars adusa. re. qc in p̄utuncē ecc. ce(te)ris eet n̄is istitutis. firmatus iure iurando. 7 p ro. po. gr. et de hoc memorat. p. no fecisse; insuis litteris mitioē. intelligendum eat eccum uenisse. p. n. 7 dictas litteras ueritate tacita impetrasse. 7 j. d. u. o. q. si legitime uob constitit n̄um canoicoꝝ q n̄c e in eccl̄a. pdecan̄. 7 caplo eide ecce uramto firmatum an qua p̄fectus clicus litteras exequtorias impetrasse. quicqd factum e occe litteraꝝ ipaꝝ irritum decernatis. Alioquin ei faciatis in ea de eccl̄a p̄bndam si qua uacat. sublato cuiuslibet appellonis obstaculo assigri. Id. a. canonico. pictaūi.

Suplitis que ab aliquib; eriminalia. 7 ā mullis ex ignorantia tacita ūitate ul suggesta falsitate impetrant. anb dūsos intellerimus sentire dūsa. aliis asserentib; eos de le pos carere omi cōmo litteraꝝ. cum in ea pcator carere debat impetratis. aliis uo dicētib; quod 7 si forma carere d bānt impetratis litteris n̄is expressa. nichominus iure rigore iuris sit a delegato iudice negocio pcedend. nos igit int eos qui p fraudem ul maliciā 7 illos qui p simplicitate l ignorantiā litteras a nob impetrant h credimus distinctioe h ndi. ut hi i qui p̄ori mo falsitate exprimunt ul supmunt ūitate in sue puitatis pena nulli exlitteris comodum osequant. ita in deliceet quod delegatus postqua sibi sup hoc fcā fuit fides. nullatenus d cā cognoscant. Int alios aut qui posteriori mo litteras impetrant duxi distinguendum. que falsitas sugesta

[illegible]

[illegible]

fuit. uel que ueritas sit suppressa, nam si talis
expressa sit falsitas. uel ueritas occultata.
que quamuis fuisset tacita uel expressa non
nichominus saltem in forma communi literas
concessissemus. delegatus non sequens formam
in litteris ipsis appositam secundum iuris ordinem
mera procedat. si uero per falsitatis expressi
onem uel suppressionem ueritatis litere fuerint
impetrate. que tacita uel expressa. nos nul
las prorsus literas concessissemus. a deleg
ato non est aliquatenus procedendum. nisi
forte eadem in partibus ad suam presentiam
conuocatis de personarum qualitate constiterit
ut sit in utroque casu eas que delegan
tem mouerent moueat et delegatum
ubi delegans suas literas denegaret.
et delegatus sue cognitionis officium
nullatenus interponat. Idem abbati
et conuentui premonstratensi.

Ex parte uestra postulastis a nobis. utrum per literas
ad usus abbatis nulla mentione habita de suis
conuentibus impetratas. teneantur abbates
ipsi super causis que ad conuentum pertinent
et eorundem de ipsis querelantibus respondere. licet
hac inhibita sit appellatio. per appellationis ob
iectum possint nec debeant se tueri.
Super quo duximus respondendum. quod nisi alia causa
rationabilis suffragetur. per appellationem se
tueri non possunt. quominus debeant a
iure literarum hii legitime respondere. cum ex
officio suo teneantur congregationum
suarum negocia procurare. nisi forte abbatibus
contemptis negocia essent omnino deserta.

Idem archiepiscopo et magistro V. canonico
Magdeburgensi.

Cum dilectus in christo filius R. custos Helyensis
ecclesie ac procurator G. monialis super electi
onibus in eadem ecclesia celebratis litiga
uerint aliquamdiu coram nobis. et idem G.
prohibuimus literas ab abbate de Ara
muele et suos coniudices impetratas
per subreptionem obtentas cum et il
lius articuli uidelicet subtractionis
resignationis fuerit per conscientiam nostram
cognitio demandata. qui in prioribus lic
teris ad scolasticum hildesemensem et coniudices
suos optentis rursus fiat. de quibus in
secundis literis mentio non fiebat. et idem quod per
easdem literas occasione noscitur attempta
tum. duximus irritandum decernentes insuper
scolasticum et coniudices suos. minus ...
 perperam processisse. cum enim eis
principaliter mandaretur ut ad prefatam
eam ecclesiam personaliter accedentes per se
... administrationem committerent in
abbatia. cum ad opus eius fieret hinc inde
de resignatio subtractorum. ipsi for
mam mandati apostolici transponentes
illo capitulo pretermisso de aliis articulis in
ordinatione plurimum cognouerunt. propter quod
processum ipsorum contra formam rescripti
ac iuris ordinis attemptatum irritum de
cernimus et inane. ... que
quibus de causa ... sic initium fuit
restitutis. et forma mandati nostri exac
ta diligentia obseruata. in negotio
ipso iuxta ... procedatis. Idem.

Plerumque contingit quod aliquis nostris lic
teris impetratis illis uti multo tempore suppo
nentes. tunc demum eas exhibent cum
aliarum auctoritate. aduersus contra quos
primitus literas impetrauit ceperint
conueniri. dicentes posteriores literas
non ualere ut pote non facientes de pri
oribus mentionem. Cum igitur non sit ma
litiis hominum indulgendum. statu
imus ut si quis nostras literas impetrat
infra annum postquam copiam iudicis habu
erit ex malitia uel negligentia super
sederit uti eis. auctoritate posteriorum ualeat
conueniri. licet in ipsis nulla de prioribus
mentio habeatur. Idem rothomagensi archiepiscopo.

Cum contingat et idem postea cuidam
super aliquo negotio litigantes ad
diuersos iudices literas impetrant.
quorum quidam obtenta a parte altera et mutuam
aduersam denunciet reuocationis sue
subiacere tibi. aliis iudicibus postmodum
tibi iniungentibus ut eadem denunties
absolutum. consuluisti an utriusque acqui
escens. uel alterutrius saltem obedire de
beas in hac parte. Super quo tue pru-

[illegible]

entes ecclesie distinguitur. an cum
primum mandatum recepisse dignoscens
tibi forsan innotuerit inter
illos et alios super iurisdictione discor-
dia suscitata. an super hoc nichil omnino sci-
veris. Et quidem si super contentione huiusmodi nichil tibi
penitus innotescat, cum primum
mandatum recipere te contigit, illud de-
bes huiusmodi executioni mandare. Si vero post-
ea contrarium tibi ab aliis demandatur,
tunc litterarum ad utrumque a sede apostolica impe-
tratarum copia postulata, quas auctentice presen-
tibus diligenter perspicias. si ex ipsarum te-
nore deprehenderis evidenter ita quod non sit
aliquatenus hesitandum, quod littere que
ad illos a quibus primum mandatum re-
cepisti impetrate noscuntur expresse re-
vocent litteras aliorum, tu illud in tempore
exequaris quod tibi secundo loco man-
datur. Si vero ex litterarum inspectione ma-
nifeste tibi constet quod littere optente ad
illos qui primum dederunt mandatum pala-
m minime revocantur, secundum manda-
tum nullatenus exequaris. Quod si sit hoc
tibi merito sit dubitandum, ad exequendum
secundum mandatum procedere non oportet,
donec iuxta cuiusdam nostre constitutionis
tenorem inter eos huiusmodi concertatio sopiatur.
Et idem facere debes si primo mandato
recepto et nondum executioni mandato
tibi forsan innotuerit, quod inter se
super iurisdictione de mandato ceperint
disceptare. Ceterum in hiis omnibus prudentiam
et providentiam te convenit in exceptione
habere: ne vel ad declinandum mandatum
dubitare te dicas ubi dubitandum
non est, vel et ad exequendum te asseras esse
certum, ubi certus esse non debes. Licet
autem ex hiis certa tibi detur doctrina
qualiter in hiis debeas te habere, nulla tamen
attribuitur potestas ut inter delegatos
aut partes de iurisdictione debeas iudicare.

**Idem magistro G. et P. de Sumiscan.**

Olim ex litteris sancti Nichasii Remensis, sancti
Germani et Vallis regie abbatum nostris
fuit auribus intimatum, quod cum ad eos
semel et iterum a nobis litteras porrexisset
super eo quod P. clericus sancti Remigii parrochiam
a de Salice quia R. de Luco presbiter ita
presentatam collatam fuisse proposuit detine-
bat, ipsi partes semel et secundo et tertio
citaverunt et demum P. quia citatus
pluries comparere noluit per se vel per ali-
quem coram eis excommunicationis vinculo
innodantes, fecerunt fructus ipsius
parrochie sequestrari. Cumque postmodum idem P. accedens ad eos se
iuri promisisset pariturum, ac optinuisset
se absolvi, ipsi absolutionis litteras
concedentes diem ei assignarunt et locum
quibus coram eis quod promiserat ad-
impleret. Ad diem et locum ex litteris
illis radens in loco rasure scripsit quod ipsi
ei sequestratos fructus assignari man-
dabant. quorum duobus coram tertio
sui absentiam excusante per litteras est con-
fessus. Nos igitur cum tante te-
meritatis excessus falsitatis scrupulo
non careret, vobis dedimus in man-
datis, ut si esset ita, ipsi presumptori su-
per dicta parrochia perpetuum silentium
imponentes, presbitero R. de Luco assi-
gnaretis eandem cum fructibus sequestra-
tis. Verum sicut nos per vestras litteras in-
timastis, cum dictus R. rasuram prepara-
tam coram nobis per testes ydoneos pro-
basset et ob hoc postulasset sibi di-
ctam ecclesiam assignari, vos utrum
clausula sic ita de omnibus superioribus an
de articulo tantum rasure deberet intelligi
dubitastis. Nos igitur quod clausu-
la ad omnia debet superiora referri, ad hoc
ut ipsi R. presbitero ecclesia conferatur, quamquam
victum licet falsitatis ad imponendum
ei perpetuum silentium super ea ipsa suf-
ficiat quia falsitatem huiusmodi perpetravit, non
tamen propter hoc eadem ecclesia est adversario adsi-
gnanda, nisi super aliis facta fuit ple-
na fides.

**Idem Ymolensi episcopo.**

Dilectus filius abbas sancti Stephani Bononiensis
per suas nobis litteras intimavit, quod
cum ipse cum visitationis officium iam

tate ac dioc. Bon. continuimus. B. c. a.
presbiteros a beneficiis pro eorum graves et manifestos excessus duxerit amovendos. inde super restitutione nostras ad te in communi forma litteras impetrarunt damnationis sue causa. excommunicationis qua tenentur assertionem nullam facientes penitus mentione. Nos igitur f. t. per a. s. q. si est ita. litteras ipsas tamquam per veri suppressionem obreptas viribus carere decernas.

Id. epo. Veratislan.

Postulasti per sedem apostolicam edoceri. utrum aliqui perpetuo vicario ecclesie parrochialis in vicarie bonis sufficientibus habenti unde valeat commode sustentari. teneatis per illam formam communem. Cum secundum apostolum. in ecclesiastico beneficio providere. ad quod sic duximus respondendum. quod cum forma predictam necessitatibus pauperum clericorum. qui nullum sunt ecclesiasticum beneficium assecuti. sedes apostolica duxerit succurrendum. perpetuus vicarius non de vicaria fecerit mentionem. commode reportare non debet huiusmodi litteris utpote veritate tacita impetratis. non enim carere beneficio debet iudicari. cui competentem de perpetue in vicarie proventibus expensis et proventibus beneficium sufficientis subsidium exerceta scias super optinendo alio beneficio deleri non scribimus. quin faciant de perpetua vicaria litteris mentionem.

Idem.

Innocentius generalis.

Nonnulli gratia sedis apostolice abutentes. litteras eius ad remotos iudices impetrare nituntur. ut reus fatigatus laboribus et expensis. liti cedere vel importunitate actoris redimere compellatur. Cum autem per iudicium iniuriis aditus patere non debeat. quas iuris observantia interdicit. Statuimus ne quis ultra duas dietas extra suam diocesim. per litteras apostolicas ad iudicium trahi possit. nisi de assensu partium fuerint impetrate. vel expressa de hac constitutione fecerint mentionem. Sunt et alii qui se ad novum genus mercimonii convertentes. ut vel sopitas possint suscitare querelas vel

novas immittere questiones. fingunt causas super quibus a sede apostolica litteras impetrant absque dominorum mandato. quas vel reo ne propter eas laboribus vel expensarum dispendio molestetur. aut actori. ut per ipsas adversarium indebita molestatione fatiget venales exponunt. Cum autem lites restringende sint potius quam laxande. hac generali constitutione sancimus. ut si aliquis super aliqua questione de cetero sine domini speciali mandato. litteras apostolicas impetrare mandaverit et littere non valeant ille et ipse tamquam falsarius puniatur. nisi forte de illis personis extiterit a quibus presumptionem non debet exigi de iure mandatum.

Hon. III. Cant. archiepo. et coniudicibus suis.

Dilectus f. I. Sarracenus clericus exposuit coram nobis. quod cum Iordanus clericus Clunniacen. ipsum super ecclesia sancti Nicolai Clubnien. coram vobis auctoritate litterarum nostrarum traxisset in causam. ex parte ipsius fuit excipiendo propositum quod auctoritate litterarum illarum non poterat conveniri. eo quod ultra duas dietas adiciendo. ubi predicta existit ecclesia. contra statutum concilii generalis. de qua mentio in litteris non fiebat mentio. distraheretur. et quia hanc exceptionem admittere denegastis procedebatis in causa pro eo. quod idem I. in Roffen. et Helyen. diocesibus beneficia optinens quasi et ibi domicilium intelligeretur habere. ipse ex tunc ad nostram audientiam appellavit. et I. Cumque idem I. prosecutus fuisset appellationem interpositam ad Eboracen. archiepiscopum et eius collegas super premissis litteras impetrasset, vos in causa ipsa nichilominus procedentes. eiusdem Iordani ne in commisso sibi procedant negotio inhibentes. Quocirca etc. q. si est ita. cause supersedeatis. eius cum non vos sed dicti iudices cognoscere habeant. ad quos idem Iordanus debeat pertinere.

Id. epo. et archilegio.

Capitulum sancte crucis Camerac. exhibita nobis petitione monstravit. quod cum a quodam clerico super prebendali beneficio in eorum ecclesia optinendo litteras nostras ad eos monitorias et deinde preceptorias impe

[illegible]

trante. B. clerici contra eos super cõstituti bn̄ficio mentis sibi eccl'ia conferendo ad .J. archid. Tornac. et eius collegas ꝯ ꝑfectis litteris n̄o habita mentione execu torias a nob' litteras impetrauit. Sed per appellationem ad nos interpositam in eos suspensionis sententiam protulerunt. Ac dēs. C. super executione mandati pro eo facti ad alios optinuit scripta nr̄a. qui tulerunt suspensionis excom̄ et aliis sententiam in eos d̄. Quo circa .m̄. q̄. eo recepto in canonicum et fratrem. assignato ei prebendali bn̄ficio sibi qui ad eos prius mandatum ap. reportauit. prolatas sententias iuxta formam ecclesie relaxetis. Aliis super prebendali beneficio silentium imponentes.

Id. Bituricen. archiepo. ap. se. le. Ad audientiam nostram peruenit. quod cum quidam clerici optinuerint ase. ap. litteris super prouisione sua in aliquibus ecclesiis tibi subiectis recipientis ab eis annuas pensiones seu alia bn̄ficia ab eorum impetratione desistunt renuntiantes bn̄ficio litterarum. Et ideo f. t. m̄. q̄. eos qui post litteras tales uel eas alias de illis mentione n̄o habita impetrabunt. decreto .t. ac tenuis impetrauerunt carere decernens cum n̄o earundem ecclesias n̄ per mictas eorum occasione uexari. reuocando in irritum siquid eorum pretextu inuenĩs ee factum.

Greg. Mediolan. archiep. Innũa proposuisti presentia. quod nulli clerici ase. ap. plures litteras. n̄ tn̄ alias de aliis mentione facientes. impetrant sed uolentes ut in pluribus ecclesiis admictantur. sicque aliquis in aliqua receptus licet n̄ dum meruerit ecclesiasticum bn̄ficium assecutum a lias ecclesias super receptione sua nichominus impetunt et molestant. Et ideo m̄. q̄. eos ecclesiis in quibus recepti sunt faciens ee contemptos. n̄ permictas ad eis de alias occasione litterarum huius molestari. n̄ forte de receptione sua expressam fecerint mentionem.

Id. epo. Siluanecten. et abbi Compendien. Ex parte decani et capli. Laudunen. fuit propositum. quod cum ipsi auctoritate ap. indulgentie

immobile unum .J. ex[illegible] sententia protulissent. procuratoribus partium propter hoc ad sedem ap. accedentibus et litteris super diuersis a tractantes. Nos eam uobis commisimus terminandam. hoc adiecto ut n̄o obstarent littere post assensum partium impetrate. Dēs aut nobis citatus proposuit quod per illas litteras predictum non erat preceptum. Quod .v. qui easdem litteras impetrauerit falsus extitit procurator. quoniam ipse aut impetrationem litterarum ipsarum propter suspitionem quam erat eiunde cõceperat. mandatum sibi traditum reuocasset. Sed ex aduerso quod ad nos t ad ipsos huiusmodi reuocatio n̄o peruenit uos qui debetis per litteras ipsas procedere per quandam interlocutoriam protulistis. Petente itaque procuratore ipsorum ut inspiceretis predictam indulgentiam per ea ratione ipsi nobis ex aduerso qui id quod n̄o erat per predictas litteras procedendo exhibentis quasdam alias postmodum impetratas in alias continentes. ut si de partium uoluntate procederet causam terminaretis eandem alioquin ipsam sufficienter instructam remictere ad ap. sedis. examen. cum indulgentia memorata quas litteras ipsi ex eo n̄o ualere dicebant. quia per eund .v. et post reuocationem mandati fuerant impetrate. Quia uero iuxta generale statuta concilii. ap. litteras quas sine speciali mandato domini quis impetrat ualere n̄ debent nisi de illis personis de quibus n̄ e exigendum de iure mandatum. m̄. q̄. si reuocatio mandati ad procuratorem peruenit eum minus ualere debent littere que impetrant ab illo a quo mandatum dominus reuocauit. in negotio ipso iuxta priorem continentiam litterarum n̄ obstantibus posterioribus procedatis.

Warmatien. episcopum et ei fauctores. obiecta. predictus tamen legatus ad maiorem cautelam multos testes recepit. ceterum archiepiscopi partes perductos. Unde ipse iuxta mandati nostri tenorem procedens. postulationem factam de Warmatien. cessauit et electionem archiepiscopi memorati. quamuis apostolica auctoritate celebrata ... auctoritate apostolica confirmauit. episcopumque ordinauit in presbyterum et tandem in episcopum consecrauit. et si contra legati nostri processum hec facere uidebatur. quod nisi citatis Warmatien. episcopo et eius fauctoribus processisset. porro excessus notorius examinatione non indiget. et pro hiis que a iudice sunt acta presumitur quod omnia rite fuerunt celebrata. quamuis etiam qui citati non fuerunt non posse de facili conprobari. quia negantis factum per rerum naturam nulla est probatio. cum et si quilibet de se posset asserere quod ad eum citatio minime peruenisset. singuli tamen uerum dicerent in suo testimonio singulares. Ad ipsum quoque legatum si uoluissent secure potuissent per nuntiatorem ydoneum destinare. sicut nuntium destinarat. et infra. Nos igitur et si propter auctoritatem iudiciariam presumamus. probauimus que acta sunt a legato. ubi tamen plus innitimur rationi quod aduersarii archiepiscopi certis causis prodicionis se usque adeo reddiderunt indignos quod contra eum non debebant audiri. Unde quod de ipso factum fuerat non poterat impediri per eos. quinetiam si electores eidem pariter deliquissent ut se reddidissent indignos. ad nos deuoluta fuisset hac uice ordinatio eidem ecclesie. Nos ergo dictum archiepiscopum sine iuris iniuria potuissemus eidem ecclesie preficere in pastorem. Super hiis ergo habito diligenti tractatu cassationem postulationis facte de Warmatien. episcopo ratam habemus. electionem archiepiscopi confirmantes.

Idem clerici sancte agathes.

Quaeriam ... quam ... tituli sancti uitalis presbyter cardinalis. per yconomum ecclesie uestre ciuitatis idem cardinalis est gubernator. contra .P. presbyterum ecclesie sancti saluatoris super ecclesia ipsa proposuit. causam .P. nostri nobis ... officio constitutis. audiendam commisit. Petebat igitur idem yconomus prefatum .P. ab ecclesia sancti saluatoris quam in preiudicium ecclesie uestre ac iniuriam cardinalis predicti occupare presumpserat remoueri. Cum ipsa ecclesia pertinat ad ecclesiam sancte agathe pleno iure. petens pensionem .xvi. denariorum papien. debitam ecclesie sancte agathes pro eadem ecclesia ... sibi restitui de nouo subtractam. Predictus uero .P. respondebat quod nullam iniuriam irrogauerat cardinali. nec in preiudicium ecclesie uestre tenere perat dictam ecclesiam cum hec ad illam nullo iure pertineat. nec aliquid debeat reddere pensionem. Sed ipse per lectionem propter ad quem de antiqua consuetudine pertinet. a cardinali sancte susanne cui eadem ecclesia tanquam cappella suo titulo inspiritualibus est subiecta canonice fuerat institutus. et infra. Nos igitur rationibus utriusque partis auditis. de consilio fratrum nostrorum .P. ab impetitione yconomi super electione ac institutione de se facta in ecclesia sancti saluatoris absoluimus. et super prefato yconomo ... silentium ... duximus imponendum. Cum nobis constitit quod prepositus in quasi possessione presentandi ... esse ... quando ipsum presbyterum ad illam elegit. et eadem ecclesia spectat ad titulum sancte susanne inspiritualibus pleno iure salua questione super iure patronatus i

et ecclesie vestre et ipsum sepedicte ecclesie Salvatoris. Cum vero fuerit liquido comprobatum, quod pensio .xvi. denariorum papiensium in ecclesie fuerit [illegible] pro ecclesia Salvatoris et tenuis annuatim [illegible] per multa tempora persoluta, sed de novo subtracta, nos in eundem statum percipiendi hanc de ecclesia Salvatoris et tenuis ecclesiam vestram decernimus reducendam, et ad solutionem pensionis subtractam condempnamus per biennium ante citatum, salva questione proprietatis inter eosdem memoratas.

Idem.

Cum Wintonien. ecclesie pastore vacaret, archidiaconus cum fautoribus suis Sarisberien. decanum, prior vero et complices eius precentorem Lincolnien. in episcopum elegerunt. Licet igitur omnes in eorum de facienda electione tractaverint, quia tamen nequiverunt esse concordes, in eodem negocio ad nos habuerunt recursum. Et hinc quidem qui precentorem elegerant, asserebant quod illi qui decanum elegerant, eligendi erant potestate privati, pro illa maxime causa, quod hominem non legitime natum scienter eligere presumpserunt, iuxta statutum Lateranensis concilii, et eligendi ac vice perdiderant potestatem, et per triennium ecclesiasticis beneficiis carere debebant. Illi vero taliter respondebant, quod licet hic quem elegerant fuisset minus legitime natus, postea tamen a papa se legitimari promeruit, et hoc asserebant se legitime probaturos. Nos igitur attendentes quod isti post primam electionem admiserant illos ad celebrandam secundam, et quod decretum concilii memorati decernit hos predictos una vice dumtaxat eligendi potestate privatos, cum electio quam coram nobis celebrare volebant iam non secunda, sed tertia concurrebat, ad eligendos illos censuimus admittendos.

Idem abbati Cistercien. R. et P. monachis Montis Frigidi.

Per inquisitionem quam de mandato nostro fecistis super statu capituli et episcopi Tolosani, perspicaciter intelleximus quod Macharon. cancellarius iuratus asseruit se scivisse predictum R. olim Tholosanum episcopum et amicos ipsius ante suam electionem habuisse colloquium cum quibusdam canonicis nominatim expressis, eosque sollicitasse precibus ut ipsum eligerent in episcopum, seque vidisse partem et audisse quando predictus episcopus recognovit quorundam canonicorum presentia se canonicis illis qui adversati fuerant sue prime electioni iurasse, eidem predicto quod iuramentum illud illicitum fuit et prestitum ut idem R. eligeretur, expresso etiam quod ipsemet post electionem ipsius cassatam domum episcopalem eius nomine detinebat, recipiens quosdam redditus et proventus quos de ipsius conscientia et consensu in eiusdem negotiis expendebat. Cum igitur talem scienter in episcopum eligendo, sicut ipse suo iuramento firmavit, ecclesiasticis beneficiis reddiderit se indignum, grave gerimus et molestum quod Tholosanum prepositum in episcopum convenerat electo, idem Matiscon. in prepositum dicitur substitutus. Quocirca eundem ab officio prepositure penitus amoventes, faciatis virum ydoneum ad officium illud assumi.

Idem preposito sancti Frig. B. et G. canonicis Lucanis.

Cum causam que inter presbyterum Bonum et Bertramum canonicum sancti Petri Lucan. vertitur, super eo quod dictus presbyter Bonus a maiori parte canonicorum eiusdem ecclesie presentatus B. et quibusdam aliis eum eligentibus in priorem, sicut dicitur, est electus, olim vobis duxerimus committendam, et I. quidam asserit autem multi priores continue unus post alium in ipsa ecclesia per multa et longa tempora fuerint non per

[illegible]

fessi. quia tamen prefatus presbyter B. non expressit observantiam regularem dubitatis et merito nobis procedere inconsultis. Quia igitur non debemus attendere solummodo quid factum sit, sed quid potius faciendum. consultationi vestre taliter respondemus. quod cum secundum legem divinam non sit in bove et asino arandum. nec quisquam debeat veste induere de lana linoque contextam. irritetis electionem predictam et compellatis prefatum presbyterum aliosque clericos non professos. ut regulam beati Augustini in eadem ecclesia constitutam profiteantur et prosequantur aut ipsam ecclesiam omnino dimittant.

Idem .J. tituli sancti Stephani in Celiomonte presbytero cardinali apostolice sedis legato.

Quod sicut eximius tuus. et infra.

Quoniam ex prima electione que facta dicebatur dicenda videtur potius nominatio nichil iuris acquisitum fuit nominatis. licite procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam. presertim in ecclesia Armachana. cum iuxta constitutiones canonicas si fieri potest in cathedrali ecclesia electio debeat celebrari. nec appellatio interposita electionem illam potuit impedire. cum in ea nichil attemptatum fuerit in preiudicium regie dignitatis. Quia non simpliciter nominatio. sed sollempnis electio debet principi presentari. ut postulationi prestet assensum. et si forte aliquem presumptione aliqua faciente in abusione. Sicut autem nundum episcopus et abbas Mellifontis qui interesse debuerant. non contempti fuerunt sed ad electionem vocati. si tamen sine periculo potuerint convocari. sive nequiverint sive noluerint ad electionem celebrandam accedere ipsorum absentia electionem non potuit impedire. et infra. Quod si eos non vocatos fuisse constiterit. sed contemptos. ... [i]nanda erit penitus electio taliter celebrata. nisi postea propter bonum pacis curaverint consentire.

Super eo vero quod in die consecrationis sue ante quam missarum sollempnia finirentur: ad collitum ordinavit propter tali excessu eum corripias et castiges. cum solus Romanus pontifex qui ante ymnum evangelicum consecratur et postmodum ipso missarum sollempnia incipit et perficit consecratus in die consecrationis sue valeat ordines celebrare. Ceteri qui inter epistolam et evangelium consecrantur. quia consecrati concelebrant principali celebranti nec dividantur ministerium unitatis. non debent tunc ordines celebrare. Preterea cum non liceat archiepiscopo sine pallio convocare concilium. conficere crisma. dedicare basilicas. ordinare clericos. et episcopos consecrare. multum profecto presumit qui ante quam impetret pallium clericos ordinare festinat. cum id non tanquam simplex episcopus. sed tanquam archiepiscopus facere videatur. Quod autem tabulam argenteam dicitur vendidisse. dum modo ecclesia Armachana recidet indempnis. equanimiter poteris preterire. cum id de cleri et populi processerit voluntate.

Idem Dolensi episcopo et Sancti Gildasii et Dar...don. abbatibus.

Auditis et intellectis meritis cause de duabus electionibus celebratis in ecclesia Baiocensi. unam decani archidiacono et alteram de R. subdiacono. invenimus utramque esse forma canonicam attemptatam. Cum enim inquisitis voluntatibus singulorum decanus cum paucioribus in ipsum R. et cantor cum pluribus in dictum archidiaconum convenissent. solo cantore postmodum quendam alium videlicet magistrum R. de Aldegeri nominante. ad nostram fuit audientiam appellatum. ne decan[us]

[illegible]

qui primam in electione uocem habebant ad electionem procederet sine consensu totius capituli. uel maioris et sanioris partis ipsius. Ipse uero decanus non habito consensu maioris partis capituli. sed longe minoris subito in electionem prorupit. appellans ne quis contra ipsam aliquid attemptaret. quamuis asseueret. quod electioni sue plures alii consenserint. Cum tamen ex post facto nequiuit conualescere quod ab initio non ualebat. quoniam electio que fuit irrita ipso iure subsequentem maxime consensum. appellatione pendente non poterat esse rata. eis ergo ad propria recedentibus cantor et alii qui remanserant in capitulo. post illam electionem nondum cassatam. et appellatione ad nos interpositam a nominatis decano et archidiacono. recedentes. denouo prepositum subdictum eligere presumpserunt. Nos igitur electionem utramque duximus irritandam. T. d.

gratia. dissilue. et belle pertice. abbatibus.

In causis et infra. Cum capitulum tholosane ecclesie. attendendo. de electione episcopi conuenissent. cuius eleger. ut quinque de eodem capitulo eligerent electores. qui prestito iuramento de substituendo pontifice electionem tractarent. et singulis de capitulo statutum est. et concessum. ut illum quem illi concorditer uel tres ex illis eligerent. ab eis si persona esset ydonea pro episcopo sine contradictione qualibet haberetur. et infra. Postmodum uero cum a predictis duobus. v. electores electi fuissent. et ad tractandum de electione secessissent in partem. et non possent omnes in unam partem concordare persone. tres ex eis conuenerunt in episcopum conuenarum. et deinde electionem quam de postulando episcopo fecerant capitulo publicarunt. ac reliqui duo subsequenter tertia die cum paucis de capitulo reliquis absentibus elegerunt archidiaconum. a

generum. et infra. Nuntii uero prefati archidiaconi econtrario proponentes. quod cum predicti. v. electores seorsum de electione tractantes inter se dissiderent ita quod contentiose uoces eorum a fratribus qui remanserant in capitulo audite fuissent. Capitulum ipsorum propter hoc contemptores suspectos habentes ad eos duos de canonicis destinauit. per quos inhibuerunt eis ex parte nostra ne ulterius in facto procederent. et infra. Istam potestatem eligendi quam eis commiserant reuocauerunt mandantes eis ut redirent ad capitulum et pariter cum aliis fratribus de electione tractarent. et huic reuocationi duo ex ipsis electoribus adhibentes consensum reliquis tribus non contradicentibus ad ipsorum capitulum sunt reuersi. Sed alii tres usque ad fores capituli subsecuti. ab eis postmodum discesserunt. Capitulum uero cum tota die illa ipsorum presentiam expectassent. subsequenti die campanam pulsari fecerunt. sicut moris est ad capitulum congregandum. et predictis tribus cum paucis complicibus suis sese contumaciter absentantibus. prior cum maiori et saniori parte capituli elegit in episcopum. archidiaconum supradictum. et infra. Quia uero postulatio de episcopo conuenarum que precesserat facta erat. per eos in quos totum capitulum eligendi transtulerat potestatem. propter quod unanimiter de consensu totius capituli intelligeretur esse facta. quoniam cum res non esset integra quia iam in tractatu processerant electores. capitulum minime potuit reuocare. Electionem ipsius archidiaconi decernimus irritandam. Quo circa. et cetera. si personam ipsius episcopi utilem et necessariam inueneritis ad regimen ecclesie tholosane. et ydoneam tam scientia litterarum quam sue conuersationis exemplo ad hereticorum perfidiam de tholosana diocesi extirpandam.

que ibi per negligentiam prelatorum miserabiliter et dampnabiliter hactenus pullulavit. transeundi ad ecclesiam tholosanam. propter urgentem necessitatem et eorumdem utilitatem. ei licentiam tribuatis.

Idem episcopo florentino.

Cum ecclesia Vulturana obitu canonicorum obsequio longo fuisset tempore destituta. Vulturanus episcopus volens ministrorum defectum in eadem ecclesia restaurare. canonicos quosdam elegit et instituit in eadem. quos canonici recipere noluerunt: asserentes quod talis electio fuerat in eorum preiudicium attemptata. Et infra. Super quo articulo peticionis episcopi in quo postulavit a te ut canonicos ab iniuria quam ei super electione canonicorum vulturane ecclesie inferunt prohibeas ab impetitione ipsius dictos canonicos absolvere non potestatis quia non videtur iniuriam facere qui utitur iure suo. Cum presertim longe melius sit prelatum. quod canonici supradicti hoc iure usi fuerint. ante quam episcopus memoratus. In secundo quoque articulo. quod id petebat episcopus. ut dicti canonici ipsum iure electionis uti libere paterentur. absolvere studeas canonicos sepedictos maxime si sit notorium quod in ecclesia generalis consuetudo servetur. ut in cathedralibus ecclesiis solum capitulum inrequisito episcopo eligendi canonicos habeant facultatem.

Idem abbati sancti victoris. decano parisiensi. et magistro. R. de corbolio. canonico. morinensi.

Cum dilectus filius archidiaconus morinensis. Et infra. ecclesia morinensis episcopi solatio destituta canonici eiusdem de pastoris substitutione tractantes. tribus canonicis morinensis. potestatem eligendi episcopum unanimiter contulerunt promittentes ut illum reciperent in pastorem quem de gremio ipsius ecclesie duxerint eligendum. qui eorum inquirentes voluntatibus singulorum archidiaconum ipsius ecclesie in episcopum elegerunt. Metropolitanus quoque tam electionem et electi personam examinans quod et super ipsius etate accium defectu fuerat ab aliquibus dubitatum. inquirens sollicite veritatem personam de clarendo electum ipsum minime sustinere defectum in etate electionem de ipso factam sollempniter confirmavit. Et infra. Verum. B. qui se electum venerat memoratum proposuit ex adverso. quod cum supradictis tribus sub hac forma fuerit eligendi concessa potestas. ut capitulum eum recipere teneretur. quem illi tres a bonis ut maiori et saniori parte de gremio ipsius ecclesie nominatum eligerent in pastorem. electores ipsi terminos potestatis sibi tradite non servantes. predictum archidiaconum. eligere presumpserunt. quem pauci de capitulo nominarant. Unde canonici morinenses postmodum admirantes qualiter archidiaconus electus fuerat memoratus. cum plures essent in eadem ecclesia digniores. ceperunt omnes fere publice profiteri. quod nullatenus archidiaconum. nominarant et reputantes se in hac parte delusos quod super hoc fuerat factum fuerat in reclamaverunt apostolatui reserente. Et infra. Nos vero quia res pretiosa esset. exemplo si per subreptionis astutiam quis ascenderet ad apicem dignitatis. ita duximus providendum. Electoribus ut prestito iuramento. quod ipsi maliciose esse prehatum electum non moveat hic questionem. predicti tres electores iuramenti vinculo astringantur. dicere veritatem. quot ex canonicis examinationis tempore in prephatum archidiaconum convenerint et si tres sunt. aut duo saltem ex hiis prestito iuramento dixerint maiorem canonicorum partem in ipsum archidiaconum convenisse. vos contradictoribus silentium imponatis cum contra hoc eorum esset

probatio insufficiens eo quod singuli essent in suis testimoniis singulares. Si vero per eorum depositiones constiterit sepedictum archidiaconum extitisse a pluribus nominatum, tunc si fuerit sufficienter ostensum quod illum de gremio ecclesie secundum formam sibi traditam debebant eligere in quem vel omnes vel maior et sanior pars capituli convenerit, vos electionem ipsius archidiaconi omnino cassetis. Alioquin quod de ipso factum est ratum habentes, contradictores ab eius impetitione per censuram ecclesiasticam compescatis. Propterea B. presbyterum quondam Morinen. ecclesie spoliantes, qui se ad hanc penam si forsan in probatione deficeret obligavit, non obstante quod super hoc etatis defectu obiectum est contra illum, cum idem canonicus huic obiectioni non multum institerit, et super hoc a metropolitano fuerit iudicatum, cuius sententia in rem transiit iudicatam, cum .I. decennium non fuit legitima provocatione suspensa. Idem episcopo Baiocen.

Cum inter universas pertractas [illegible] .I. primus tue consultationis articulus contineb[at] quod cum quidam ecclesie decano defuncto eiusdem loci capitulum sub hac forma in .vii. canonicis compromisit, ut illum quem ex se vel aliis de gremio ipsius capituli ecclesie omnes vel ut maior eorum pars nominaret, idem capitulum reciperet in decanum. Verum cum unus ex illis .vii. a tribus ipsorum et alius qui non erat de numero eorundem a tribus aliis fuerint nominati, requisisti [illegible] sunt pro electo in decanum [illegible] .iii. quibus is qui de numero .vii. [illegible] tribus ex eis dignoscitur nominatus, iuxta compromissi tenorem debet in decanum assumi. Cum modo electioni de se facte consentiat et aliquid canonicum non obsistat. Idem duci Carinthie.

Venerabilem et infra. Ceterum verum quidam principes aspicue obiectiones sunt usi, dicentes quod apostolice sedis legatus aut electoris gessit aut cognitoris personam. Si electoris, in messem alienam miserat falcem suam et electioni se ingerens principum derogavit dignitati. Si cognitoris, absente altera partium videtur perperam processisse, cum citata non fuerit et ideo non debuit contumax iudicari. Et infra. Verum illis principibus ius et potestatem eligendi regem in imperatorem postmodum promovendum recognoscimus, ut debemus, ad quos de iure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere, presertim cum ad eos ius et potestas huiusmodi ab apostolica sede pervenerit, que Romanum imperium in personam magnifici Caroli a Grecis transtulit in Germanos. Sed et principes recognoscere debent et utique recognoscunt, sicut iidem in nostra recognovere presentia, quod ius et auctoritas examinandi personam electam in regem et promovendam ad imperium ad nos spectat, qui eum inungimus, consecramus et coronamus. Est enim regulariter et generaliter observatum, ut ad eum examinatio persone pertineat, ad quem impositio manus spectat. Numquid enim si principes non solum in discordia sed etiam in concordia sacrilegum quemcumque vel excommunicatum in regem, tyrannum vel fatuum, hereticum eligerent aut paganum, nos inungere, consecrare ac coronare hominem huiusmodi deberemus? Absit omnino. Obiectioni ergo principum respondentes asserimus quod legatus noster approbando regem et reprobando ducem nec electoris gessit personam, ut pote qui nec fecit aliquem eligi nec elegit, nec cognitoris, cum neutrius electionem quo ad factum eligentium confirmandam duxerit aut etiam infirmandam. Exercuit autem denuntiatoris officium, quia personam ducis eiusdem indignam et personam regis denuntiavit ydoneam quo ad

imperium ad obtinendo. non tamen propter stu
dia eligentium quam propter merita el
ectorum. quamvis plures extitit qui
eligendi regem vel imperatorem in impe
riom movendo de iure ac consuetudine
obtinent potestatem. consensisse per
hibentur in ipsum regem et exeo quod fau
tores ducis absentibus aliis et contemp
tis ipsum eligere presumpserunt. preterea
eos properam processisse. cum electioni
plus contemptus unius quam contradictio
multorum obsistat. Et infra. Nos utique non
ducem sed reliquum reputamus et nominamus
regem iustitia exigente. Et infra. Quod autem cum
in electione vota principum dividun
tur. post admonitionem et expectationem
alteri partium favere possimus.
maxime postquam a nobis unctio
consecratio. et coronatio postulatur
iure pater patet et exemplo. Numquid
enim si principes admoniti et expectati vel
potuerunt vel noluerunt convenerunt. sedes
apostolica advocato et defensore carebit.
eorumque culpa ipsi redundabit in penam.
Sciunt autem principes quia cum lot
harius et conradus. in discordia fu
issent electi. electio. ro. po. lotharium
coronavit. et imperium obtinuit co
ronatus. Eodem conrado tandem demum ad
eius gratiam redeunte. eos quod etiam ex
communicatos. ut ad prephato duce iurato
quidem a nobis iudicio reprobato rece
dant. et prefato regi non abnuant ad
erere non tamen dernum contra personam
vel factum legitimum quod a nobis obiectum
fuit et ostensum. Et infra. Sunt enim
notoria impedimenta ducis. scilicet excomuni
catio publica. periurium manifestum.
et persecutio divulgata. quam progenito
res eius et ipse presumpserunt. in a
postolicam et alias ecclesias exercere. Fuit
quoque. a. p. n. excomunicationis vinculo
innodatus. quod postmodum recognoscen
dum prium suum absolutionis
beneficium postulavit. Unde patet quod
fuit excomunicatus electus. Et infra. Ideo et ceteris priusque
iuramentum. super quo nec consul
uit. a se. ap. requisivit. ambitionis
vitio regnum sibi usurpare pre
sumpsit. cum super illo iuramento prius
ro. ec. consuli debuisset; nec valet ad
ad plenam excusationem ipsius si iu
ramentum illud dicatur illicitum. cum
nichilominus super eo nos prius con
sulere debuissent; quia contra ipsorum propria te
meritate venire. illo prestitum ex
emplo quorum gabaonite a filiis
israel per fraudem subripuerunt vita
mutuum. ipsi tamen cognita fraude contra
illud noluerunt temere venire. Utrum
trium non dictum iuramentum licitum
sit an illicitum et ideo servandum an non
servandum extitit. nemo sane mentis
ignorat ad nostrum iudicium pertinere.
et infra. Insuper si predictus dux impe
rium obtineret libertas principum in
electione periret. et imperium obtinendi
deceterio ceteris fiducia tolleretur. Nam
si prout olim super dicti ducis pater eo
rum sic dux ipse fratri suo succederet.
videtur imperium non ex electione set
ex successione debitum. imperii iudicium
principum redundaret. sed nisi
de domo ducis predicti videretur
aliquis ad imperium assumendus. Et
infra. Nobilitatem ergo. t. o. p. ap. scrip.
o. q. a prefato duce recedas omnino
non obstante. iuramento si quod ei ratione
one regni fecisti. cum eo quam tamen
ad pertinendum imperium reproba
tio iuramentum hic non debeat obs
ervari. Idem.

Coram dilecto filio. tt. prudentia ac
presbitero card. Et infra. Si vero utriusque partis
cassata fuit electio. Vos fratribus omnibus
qui fuerint in provincia convoca
tis quod maiori et saniori parti eorum super
prefectus videritis complacere. faciatis
procedere. et. firmiter observari.

Id. parm. epo. et eius conventu.

Bone memorie. S. clermon. epo. in extremis agente. cum de co ualescentia desperaretur. ipius clermonien. capitulum. h. ca nonicum suum regii discipli nis scolasticis insistente. ad e tum terminum. uigilia pentecos tes pro futuri electione ponti ficis citari fecerunt. et infra. Constitu to autem electo. h. pro sua et dict. f. n. pro electione archipresbiteri. coram nobis electione ab ipso. h. post ele ctionem archipresbiteri non cassatam. licet deinde multe litterature honeste uite et clare fame. non tamen sine multa temeritate presumpta. cum de posteriori nostrum deberet expec taret iudicium. autem quoniam prede ret ad sedem duximus irritan dam. insuper etiam contradicentis ei contradictionis uocem. in ipso consensu capitulo permanente electi onem autem archipresbiteri quamuis laud abile testimonium perhibeatur de ipso. iusticia exigente cassauimus. tum quia corpore electi est non dum tra dito sepulture de electione tracta tum contra canonicas sanctiones. tum quia inuentum est. h. fuisse contemptus. licet unus solus ex titerit. cum plus in talibus conueni erit contemptus obesse quam multo rum contradictio in presenti. non predicta debet dici ualuisse ci tatio. quia cum episcopi morte pue nerit temeraria nimis extitit et non potuit artare citatum.

Idem.

Cum ad nostram noticiam peruenerit quod. h. qui se pro abbate lexouien. gerebat non fuerit ante monachus quam electus nos attendentes quod contra regulares tradiciones istud fuerit attemptatum. cum nullam spem uel promissionem habens ut abbas fiat. debeat monachari. electionem de ipso factam cassauimus irritatam.

Idem. in registro. cap. presbitero. card. ap. se. le.

Officii tui. et infra. Sane nobis tuis litteris intimasti quod cum monasterium quoddam positum in medio nationis peruerse pa store careret. monachi de electione ab batis tractantes. cum non posset sui ordinis personam inuenire personam in quendam uirum nobilem ocu los direxerunt. per quem poterat meli us defensari. et patrem ad ... eius ipsius humiliter postulantes quod filium suum induceret ut habitum susciperet monachalem. nullam patri de ipius premio tamen fiduciam tribuentes. et pat adhuc induxit filium prudentem et discretum qui effectus monachus fuit in abbatem electus. cuius electio extitit per rectorem massanum. ap. se. le. qui mortuus est penitus in ista confir mata. Cum autem id sit potius purgare se. quia nulla fuit ad hoc ambitione inductus. postulas edoceri. utrum dictus legatus electionem confirmare uel dispensare potuit. uel quod factum est stare potuit. et utrum electione cassata et iterum ualeat eligi in abbatem. Nos autem. considerantes que circa eius que incontinenti subsecuta sunt. ostenditur quod talis non possit eligi in abbatem. maxime pro eo quod autem quoniam esset discip ulus uoluit esse magister. electionem illam irritam esse decernimus et inanem. Verum postquam fuit in regula competenter instructus surgens necessitas et euidens utilitas ipsius monasterii po stulauerit. purgatione recepta potuit in abbatem assumi. ne monasterium opprimatur incursibus malignorum.

Idem.

Illa cotidiana instantia. et infra. quia pro certo didicimus electionem canonicam extitisse. tamen auctoritate duximus. ap. confi

mandata. supplentes de plenitudine potestatis. Si quis in ea fuerit; ipso de facto quod quidam interfuerunt electioni eiusdem qui ex sola participatione in simplicis excommunicationis laqueum inciderunt. L. d. magistro. maximo. nostro. notario.

Scriptum est in apocalipsi iohannis quod in medio et in circuitu sedis erant iiij. animalia. et infra. Sane ad hanc ecclesiam s. constantini. duo animalia sunt vocata. utraque plena oculis. et alas habentia senas. videlicet. electio archiepiscopi. et plebanus sancti pauli dilecti filii. sicut procuratores tam postulantium archiepiscopum quam eligentium plebanum fuit propositum coram nobis et infra. Verum quia de hiis que per assertionem partium in iudicium deducta fuerant nobis non potuit fieri plena fides. quia licet fratres quidam dicti sunt postulantium per quoddam publicum instrumentum. necnon confessione procuratoris partis adverse in iudicio quidem factam. sed per ea revocatam pars altera assereret suam intentionem esse fundatam: causam dilecto filio tituli. dn. xi. committendam. presbitero apostolice sedis. cardinali. qui super hiis et aliis inquirat diligentissime veritatem. de meritis electi. et postulati apud venetias ubi nati fuerunt. et diutius conversati. de studiis autem eligentium et postulantium et de omnibus generaliter que causam possint instruere. apud constantinopolim. ubi hinc postulatio et electio celebrate fuerunt. et si partes consenserint procedas hinc inde. ut si constiterit de mutuo convenisse consensu quod ad electionem spectante. vii. admitterent prepositi suum presbiteros. sive parrochos. et duo alii. extra universitatis preter conventuali non habentes prelatis. totique tempore conventuales ecclesias habuisse prelatos. quod certe. vii. prepositis. et. viiii. canonicis. quos quidem canonicos constat in postulatione prephati archiepiscopi convenisse. duplo maiorem facerent numerum. quam. xv. electores. plebani. tu vice nostra postulationem admittas. nisi probatum fuerit postulatum aliquod obviare decretis canonicis institutis. quod per innocentiam ipsius debeat impedire. ac plebani electione cassata: ipsum archiepiscopum absolvas a vinculo quo ecclesie tenetur. concedendo ipsum constantinopolitane ecclesie in pastorem. Quod si ad faciendum duplo maiorem numerum simul omnes predicti minime sufficerent. sive dignus sive indignus fuerit postulatus. tu postulatione repulsa electionem plebani auctoritate nostra confirmes dummodo nichil obsistat ei de quo ipsum tanto presulatu reddat indignum. Si vero numerus postulantium inventus fuerit duplo maior quemadmodum predictum est et persona postulata reperta fuerit indigna tu tam postulationem quam electionem non differas reprobare. nisi forsan quia omnes aut maior pars postulantium presumptione dampnabili postulaverit. scientes indignum ut hac vice militer debeant eligendi seu postulandi potestate privari. et hoc quoque electionem confirmes si eam de persona ydonea constiterit celebratam. L. d. in generali concilio.

Ne pro defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax invadat: aut in facultatibus suis ecclesia viduata grave dispendium patiatur. volentes in hoc occurrere periculis animarum et ecclesiarum indempnitatibus providere. statuimus ut ultra tres menses cathedralis vel regularis ecclesia prelato non vacet. et infra. Quos iusto impedimento cessante si electio celebrata non fuerit. qui eligere debuerant eligendi potestate careant ea vice. ac ipsa eligendi potestas ad eum qui proximo preesse dignoscitur, devolvatur. Is vero ad quem fuerit devoluta. potestas dominum prae oculis habens non differat ultra tres menses. cum consilio capituli sui et

aliorum virorum prudentum viduatam ecclesiam, de persona vel de ecclesia ipsi quod ecclesia ut de alterius si idonea non reperiatur nulla canonice ordinare, si canonicam voluerit effugere ultionem.

Idem in eodem.

Quia propter diversas electionum formas quas quidam invenire conantur, et multa impedimenta proveniunt et magna pericula imminent ecclesiis viduatis, statuimus ut cum electio fuerit celebranda, presentibus omnibus qui debent et volunt et possunt commode interesse, assumantur tres de collegio fide digni qui secreto et sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, et in scriptis redacta mox publicent in communi, nullo appellationis obstaculo interiecto, ut is collatione habita eligatur in quem omnes vel maior et sanior pars capituli consentit. Vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium ecclesie viduate provideant de pastore. Aliter electio facta non valeat, nisi forte communiter ab omnibus quasi per inspirationem divinam absque vitio celebrata. Qui vero contra prescriptas formas eligere attemptaverint, eligendi ea vice potestate priventur. Illud autem penitus inhibemus ne quis in electionis negotio procuratorem constituat, nisi sit absens in eo loco de quo debeat advocari, iustoque impedimento detentus venire non possit; super quo si opus fuerit fidem faciat iuramento, et tunc si voluerit uni committat de ipso collegio vicem suam. Electiones quoque clandestinas reprobamus, statuentes ut quam cito electio fuerit celebrata sollempniter publicetur.

Idem.

Quisquis electioni de se facte per secularis potestatis abusum consentire presumpserit contra canonicam libertatem, et electionis commodo careat et ineligibilis fiat, nec absque dispensatione ad aliquam valeat eligi dignitatem. Qui vero electionem huiusmodi quam ipso iure irritam esse censemus presumpserint celebrare, ab officiis et beneficiis penitus suspendantur per triennium, eligendi tunc potestate privati.

Idem in eodem.

Nichil est quod ecclesie Dei magis officiat quam quod indigni assumantur prelati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo necessariam adhibere medelam, irrefragabili constitutione sancimus quatenus cum quisquam ad regimen animarum fuerit electus, is ad quem pertinet ipsius confirmatio diligenter examinet et electionis processum et personam electi, ut cum omnia rite concurrerint, munus ei confirmationis impendat, quia si secus fuerit incaute presumptum, non solum deiciendus est indigne promotus, verum etiam indigne promovens puniendus. Ipsumque decernimus hac animadversione puniri, ut cum de ipsius constiterit negligentia, maxime si hominem insufficientis scientie vel inhoneste vite vel etatis illegitime approbaverit, non solum confirmandi primum successorem illius careat potestatem, verum etiam ne aliquo casu penam effugiat, a perceptione proprii beneficii suspendatur, quousque si equum fuerit indulgentiam valeat promereri. Si vero convictus fuerit in hoc per malitiam excessisse, graviori subiaceat ultioni. Episcopi quoque tales ad sacros ordines et ecclesiasticas dignitates promovere procurent, qui commissum sibi officium digne valeant adimplere, si et ipsi canonicam cupiunt effugere ultionem. Ceterum qui ad Romanum pertinent immediate pontificem per

accipiendam sui confirmationem offitii eius. se conspectui sic commode nostro fieri potest. personaliter representent aut personas transmittant ydoneas. per quas diligenti inquisitione super electoribus et electis possint haberi. ut sic demum per ipsius circumspectionem consilii sui plenitudinem effectui obsequentur. Cum ecclesie nunc obstiterit de more clerici institutis. ita quod interim valde remoti. videlicet ultra ytaliam constituti si electi fuerint misericordia dispensative propter necessitatem ecclesiarum et utilitates spiritualibus et temporalibus administrent. Sic tamen ut de rebus ecclesiasticis nichil penitus alienant. munus uero benedictionis seu consecrationis recipiant sicut actenus recipere consueverunt.

Honorius III. capitulo constantinopolitano.

Ut presentium auctoritate statuimus. ut expense necessariae quas capitulum constantinopolitanum vel eius nuntii vacante sede pro electionis negotio fecerint. de bonis patriarchatus fiant totaliter vel reclamantium dummodo ipsius bona decedentis patriarche non occupent. vel usurpent.

Idem electo lunden.

Cum post petitam instanter et dominum obtemptam. quondam lunden. archiepiscopi cessione. vota canonicorum lunden. ante tunc ipsorum prepositum concorditer convenissent. quod tandem examinato sicut decuit processu electionis tue. invenimus eam post publicationem consensuum et collationis tractatum aliquandiu fuisse protractum. assensumque tuum prius quam eiectae fuerit requisitum. electionem eandem exigens ordinatum tractat inordinato processu iusticia cassavimus exigente.

Idem ebroicen. priori et magistro W. de tivan. apulie.

Constitutis in presentia nostra procuratoribus sancti taurini ebroicen. et sancti leufridi de cruce albatum. et quidem aliis autem procuratores ipsorum abbatum vissi essent exprimere quo iure ipsi abbates deberent electioni abbatum fiscannensis monasterii interesse. responderunt quod olim cum assumerent in suorum monasteriorum abbates fuit specialiter indultum eis ab abbate et conventu monasterii fiscannensis. ut habet vocem in capitulo eorundem. Nos autem rationem huiusmodi frivolam reputantes. super hoc perpetuum silentium imposuimus abbatibus supradictis.

Idem rothomagen. capitulo.

Ecclesia vestra destituta pastore. et vobis vestris cum de futura prelati habenda successione tractatum in diversa divisis. quidam in thomam quidam in cancellarium. et quidam singulares in singulares personas eiusdem ecclesie consensissent. Verum cum super his inmunita et fratrum nostrorum presentia multa fuissent hinc inde proposita. invenimus quod illi qui sua in thomam desideria dirigebant. licet maiorem partem facerent partium comparatione minorum. non tamen ad maiorem partem capituli pervenerunt. Consideravimus nichilominus quod post publicationem consensuum et collationis tractatum ad electionem nullius huiusmodi processus. quam aut deportationis sollempnitas et post appellationem legitima fuit subsecuta quia per electi nec decet nec etiam expedivit habenda. Unde quod factum est de predicto cassavimus petitione [in negligentiam] consentientium in cancellarium non admissa.

Gregorius nonus.

Cum in magistrum adsumi non debeat qui formam discipuli non adsumpsit nec sit perficiendus qui sub esse

non nouit. Nos intellecto
p̄te quod in quibusdam regularibus
domib; iure tibi diocesano subie
ctis. sunt quidam in abbates n̄
professi ordinē regularē assumpti.
cō. q. cum tales abbates eē n̄o de
beant. qui p̄ professionē monachi
et regulares canonici n̄ fuīnt
adāmo  tionē eoꝝ quos tales i
ueneris sublato  impedimento p̄ce
das. Id. cuman. capl̄o

Cumana eccl̄a pastoris  solatio d̄sti
tuta et cōgregatis die  ad celebrā
dam electionē prefixa. qui p̄sētes
decumanis erant canonicis. ac t̄b;
abbatib; qui uocē in electiōe noscū
tur. cappellani et cl̄ici ciuitatis elec
tioī se debē int̄ eē dicentes. sub hī
potestatiōē admissi fuer̄. quod uox
eorum qui n̄o deberent inter eē d̄ iu
re ul̄ consuetudine non ualeret.
tandem premisso iuxta formam
concilij  gn̄al̄ scrutinio. vij. d̄
canonicis unus abbatum. undēci
cappellani. et nouem cl̄ici in eis d̄ eē
archip̄b̄rm conuenerunt. viiij. ca
nonici suumus de abbatib; uno cap
pellano. et undecim cl̄icis in ip̄ius
eccē archid. dirigentib; uota sua.
et. j. cum. xviij. fuīnt canonici t̄s
abbates. xx. cl̄ici. et xiij. cappellani.
neutram electiōē; ꝯprimis ad maio
rem partē tocius capl̄i puenisse; nec
probatum fuāt q̄ cl̄ici admitti d̄bu
erunt. nec quod cappellani admissi fu
erint d̄ consuetudine. t̄ d̄ iure. nā 7
si cappellani  duab; electionib; ꝯpoī
ui fuīnt et scrutatoēs declīnt uolup
tatum. n̄o tn̄ inquisita uota sua
fuisse ul̄ eos aliquos eligisse p̄bat.
S; et si inquisita fuissent uota. ul̄
ip̄i aliquos elegissent. p̄b tn̄ n̄ cōsti
tit eis id d̄ iure competere ul̄ ex cōsue
tudine iam̄ scripta. Vn̄ nos electiōē
ip̄as p̄sumptas etiam contra fōmā

cōcilii gn̄al̄. cum collatio iuoī ob
missa fuerit que post publicatiōē
scrutinii fieri debuiss;. de f̄ra. n̄o.
consi. finalit̄ duximus irritandā.
electoēs hac uice eligēdi potestate
priuantes. Id. abbi. clumac.
actosc̄ā eccl̄a. romana. et j.

Sinita sau posuisti presentia q̄d
super ordinatiōē p̄ores monasti
sc̄i pancratii ad clumacēn. eccl̄am
p̄tinentis. cum comite d̄ arennia
patrono ip̄ius quidam predecessor
cuius d̄ consensu capituli sui cōpo
sitionē quādam inīio uiri contra
riam et eccē ip̄i dāp̄nosam. uidelic;
ut in optiōē sit ip̄ius comitis ad sue
te ad p̄oratum ddi monasti clumac.
ordinis. et de caritate p̄orib; dum
taxat exceptis unum de duob; me
liorib; tocius domus ordinis quo
abbas duxerit nominandos. 7 j.
attendentes itaq; q̄d ius eligēdi in
collegiata eccl̄a non cadit in laicum.
et ideo id eē p̄niciosum exemplo 7
redundare in dispendium eccl̄ast
ice lib̄tatis. Volumus ut dictum
p̄oratum lib̄e possit n̄o obstante
compositiōē ip̄a sicut alios p̄orat
tibi subditos ordinare. d̄nunti
ando ordinatiōē facta patrono. ut
suum si uoluīt honestum impta
tur assensum. Id. decanis. et
capitulis sc̄i iohīs. 7 capitulo sc̄i
stephani bisumptin̄.

Cum in ueteri lege. 7 j. Porro iam
dudum uobis dedimus in man
datis. ut infra. xl. dies. post sus
ceptionem litterarum n̄rarum
cum consilio sc̄i b̄nigni 7 mons
mundi abbatum et f̄r̄is. G. d̄ ordi
ne predicatorum eligēr tis p̄soāz
ydoneam canonice in pastorem. a
liequin dicti consiliarii uobis de
archiep̄o prouiderent. Vn̄ die
ad eligendum prefixa. vj. ex uob

potestate eligendi decidissent, sicque ad consumptionem cuiusdam candele que ibidem accensa extitit duraturam. Tandem cum electores hinc convenissent in predictum abbatem sancti Benigni, et supradicti sociorum eius consilium requisissent, proponente uno eorum illis quod deliberato consilio recederent, et differentibus eis festinanter dare responsum, prefati electores cum candela ipsa deficeret, non expectato ipsorum consilio, dictum abbatem Tribusfontium archiepiscopum elegerunt. Et infra. Relato ergo ad apostolicam sedem negocio, archiepiscopo Viennensi et abbati de Firmitate iniunximus, ut si eis constaret ab eisdem electoribus tractatum de electione futuri se habitum, et in tractatu electionis predictorum consilium requisitum, licet electionem ipsius abbatis si persona esset ydonea confirmarent. Quod si in tractatu electionis non fuisset illorum consilium requisitum, licet postea requisitum fuerit non competenti tempore, nec etiam expectatum responsum ipsorum, aut esset ydoneus idem abbas, quod de ipso factum erat tanquam in irritum revocarent. Et infra. Cum autem consilium non fuerit competenti tempore requisitum consilium de persona predicti abbatis, et cum extitit requisitum non fuit expectatum responsum, nisi modico tempore, nec debeat aliis imputari quod infra illud sibi tempus attraxerint, electionem abbatis eiusdem non processisse electionis vitio duximus irritandam.

Idem episcopo Silvanectensi.

Congregato Nivernensi capitulo ad electionem futuri pastoris, undecim canonici et decem et octo, computato procuratore cuiusdam absentis, in cantorem ipsius ecclesie convenerunt. Qui cum plures maiorum et partis eorum maiorum desideria desiderata adimplessent, a parte sua electus extitit in pastorem ecclesie Nivernensis. Postmodum vero eadem parte decani quod alii plurimum deliquissent eligendo personam scientie litterature expertem, presertim quod iuxta statuta Lateranensis concilii ipso iure potestas eligendi ad eos extitit devoluta, decanum ipsum qui in eum sua vota direxerant in suum episcopum elegerunt, ad sedem apostolicam appellantes. Et infra. Reliquis petentibus ut irritare decani electionem attemptatam a paucioribus, et post aliam non cassatam, ac confirmare reliquam velut canonice celebratam a pluribus, de persona vocati dignaremur. Nos igitur considerantes quod si electus cantor defectum in litteratura non patitur, et alias est ydoneus ad regimen pastorale, ipsius electionem auctoritate nostra procuretis infirmata reliqua confirmare. Alioquin ipsius cantoris electione irrita nuntiata, per nominatum decanum sinendi ei decanatum canonicis statutis obtinentem, eadem auctoritate preficiatis ecclesie memorate.

Idem Silvanectensi episcopo et Iohanni de Monte Mirabili archidiacono et succentori Parisiensibus.

Ecclesia Rothomagensi pastoris solatio destituta, contra electionem que in eadem ecclesia fuerat celebrata, A. archidiaconus et quidam alii eiusdem ecclesie canonici ad sedem apostolicam accessere. Decano et archidiacono pro se ac parte sua, et G. archidiacono procuratore illorum qui electionem celebraverant, in nostra presentia constitutis. Inter alia que contra electionem obiecta fuerunt, archidiaconus proposuit memoratus, quod idem electus post generale concilium, archidiaconatu adepto, ipsum cum pluribus parrochialibus habuit ecclesiis quas cum cura obti-

nueat.

nuerat retinere presumpsit. eoque dimisso retinuit ecclesias memoratas. Verum cum in eode concilio sit statutum. ut quicumque receperit aliquod beneficium curam habens animarum adnexam. si prius tale beneficium obtinebat. eo sit ipso iure privatus. et si forte illud retinere contenderit. etiam alio spolietur. predictus electus contra statuta huius veniens transgressionis notam nec non cupiditatis vitium. quod in aliis reprobare debuerat. ex pluralitate beneficiorum incurrit et retinendo beneficia que non spectabant ad ipsum. cum post receptionem alterius priora beneficia vacauerint. ipso iure item contractauit per consequens alienam et sic furtum commisit quodam modo uel rapinam in sue quoque salutis et multarum animarum dispendium. scilicet quas parrochiales ecclesias retinebat. cum earum cura qua iam priuatus fuerat ipso iure. aderum nullatenus pertineret et sic per ipsum eorum anime dampnabiliter sunt decepte. Verum procuratores eorum qui elegerant et pluralitatem beneficiorum predictorum nobis confiterentur inuitare. per concessione tamen rethomagensis archiepiscopi nobis exhibitum eundem electum in facti est multipliciter excusare. Nos igitur per dictam excusationem ut pote friuolam nullatenus admittentes vobis dedimus in mandatis. ut si constaret quod idem post receptum archidiaconatum predictum curam animarum habentem prephatas parrochiales ecclesias electionis tempore retinerent. nec ostenderet. factam super hec per sedem apostolicam dispensatum electionem ipsius auctoritate apostolica cassaretis. et partibus ergo propter hoc in nostra presentia. constitutis. presente quoque

unanimo diuitate dicecela. et factis positionibus, et responsionibus hinc et inde. tandem eodem decano propter quorumdam grauaminum audientiam appellante. vos electionem huius irritantes eidem ecclesie decernomanensis prouidistis. Et licet positiones et responsiones super pluribus articulis facte fuerint coram vobis. quia tamen contestationem litis non inuenimus esse factam. cum nec positiones et responsiones ad eas. sed petitionem adeam in iure propositam et responsionem factam contestationem litis fiat eumdem processum de stano. et irritum duximus nuntiandum. Tandem archidiaconus electionem ex premissa causa petiit irritari. Electo respondente predicto quod non erat eius electio irritanda. Lite non coram nobis legitime contestata. prestitoque de dicenda ueritate a partibus iuramento idem electus et sic fiteretur dicta beneficia electionis tempore tenuisse. tamen excusare se super hoc nichilominus nitebatur. quia uidelicet dictum archidiaconatum non esse bat curam animarum habens. scilicet cum in tante confessus fuerit quod archidiaconus ambianensis de consuetudine suspendit. et excommunicat. et absoluit presbiteros et priores et parrochiales ecclesias interdicit. nec non et archidiaconus visitat et inquirit que inuenit inquirenda. et procurationes ratione uisitationis recipit. euidenter apparet quod curam huius animarum annexam. quam si etiam non haberet negare non potest. quin personatus existat. Cum idem de personatibus quod de beneficiis curam animarum habentibus iudicium sit habendum. Indulgentiam quam super asserit se habere inualidam reputauimus. cum in ea falsitate sug

gesserit et sup(er) p(re)sentis ueritate(m)
qua(m) tacita uel expressa i(n)sp(er)am n(on)
latenus habuisse. Suggessit e(ti)a(m)
quod predictas parrochiales ec
clesias. antequam fuisset in ar
chidiaconatum adsumptus. cano
nice fuerat assecutus. cum nullu(s)
potuerit plures parrochiales ec(clesi)as
optinere. nisi una penderet ex a
ltera. uel unam intitulatam. et
aliam co(m)mendata(m) haberet. Vn(de) cu(m)
id(e)m utra(m)q(ue) illarum intitulatam
habuerit. i(n)p(ar)es requiuit canonice
habuisse. Suggere(n)s quod red
ditis p(er)sonat(us) sui erant tenues et ex
iles. sup(er) p(er)sit q(ui) alios reddit(us)
in plurib(us) eccl(es)iis noscitur obtine(re).
suppressit etiam quod plures par(ro)
chiales eccl(es)ias cum plurib(us) aliis bene
ficiis in diu(er)sis eccl(es)iis optineret. cu(m)
in(con)p(ar)tionum ure no(n) fuit. secum in tot
beneficiis presertim a(n)i(m)arum curam
habentib(us) dispensare. nec in(con)p(ar)tionis
iure fuit. aliquid ei de nouo concedere. s(ed)
per indulgentia(m) post(ea) h(ab)ita licite retine(re).
et c(etera). Tandem cum no(n) restaret n(isi) s(ententi)a
proferenda id(e)m tamen siquod ei co(m)
petere uidebatur quia(m) bricessit sp(on)
tanea uoluntate cui(us) cessione(m) du
ximus admittendam.

Id(em).

In genesi legitur. et c(etera). cum in co(n)cilio.
censuit. ut h(uius) collatio(n)e h(ab)ita eliga
tur. in qu(e)m om(n)es uel maior et sanior
pars consentit et in(fra). V(bi). maior p(ar)s
totius capituli no(n) consenserit. q(ui)
quam maiore(m) p(ar)te(m) habuerit
partium comparatione minorum
nec plene numeri ad numerum
quia interim. et c(etera) et h(oc). de quib(us) ad u(est)
s(t)ru referi questione(m) in electione
uocem habuerint tractatum nec
extitit nec consensum. nec zeli ad
zelum nec meriti ad meritum col
latio facta fuerit. nec etiam electio
co(mmun)it(er) celebrata. q(ua)m licet in eum d(ic)ti W.

G. singulari singuli consensissent. n(on)
t(ame)n debuit subsequi singularis elec
tio s(ed) co(mmun)is. ne ut id(e)m repeti uidere
tur uel ex hoc sequeretur absurdi
tas. ut tot essent electores quot essent
numero eligentes. nec ex singula
rib(us) uel particularib(us) consensib(us)
appareret. uniu(er)salis electio uel
communis. licet quilibet singularis
ueritate(m) exprimat sue partis. q(ua)
admodum ex singularib(us) p(ro)positi
onib(us) licet ueris uniu(er)salis p(ro)positi
o non appareret nisi p(er) signum
uniuersale forsitan exprimatur.
nec premissi clericum canonici pote
rant sic excludi. cum prius exis
teret in canonicatus possessione. ut
quasi habendo stallum in choro.
locum in capitulo. legendo et can
tando. ut canonicus. et ad tractat(us)
ac electiones dignitatum p(er)sonatuu(m)
partium que occurrerint p(ro) t(em)p(or)e
faciend(as) tanquam canonicus sit
uocatus. quamquam ac uice fuerit
cum protestatio(n)e admissus. Sed et
uoc(andus) esset in tali loco de quo fuerit ad
electione(m) uocandus. cum de toto
regno francie uocentur absentes
de consuetudine eccl(es)ie gallicane.
Nos huius plenius intellectis de co(n)si
lio. fra(trum) no(strorum). p(re)missam electione(m)
ut pote contra forma(m) concilii atte
tatam decernimus irritam et in
anem.

Id(em). capitulo. massan.

Massana eccl(esi)a pastore uacante. et c(etera).
Edicto perpetuo prohibemus. ne p(er)
laicos cum canonicis pontificis e
lectio presumatur. que si forte p(re)
sumpta fuerit nullam optineat
firmitate(m). no(n) obstante contraria
consuetudine que dici debet potius
corruptela.

Id(em). ep(iscop)o. catalan.

Eccl(es)ia u(est)ra destituta pastore co(n)uenientes
in unum absente W. qui tunc no(n)
luit int(er)esse ad celebranda(m) electione(m)

[illegible gloss]

timinum statuistis. Venientes nostro in minori ordine W. cum absens existeret non vocato premisso iuxta formam concilii generalis scrutinio .xviij. congregati presbyteri cardinales et canonicum uestrum .xvii. R. Remensem canonicum elegerunt in prepositum. W. postmodum electioni dicti R. suum prebente consensum. Tandem coram auditoribus utriusque partis in nostra presentia constitutis allegabatur pro electione dicti R. quod cum in .iiij. excederet aliam computato W. predicto maiorem capituli partem habebat et per hoc celebrant pars sua sanior reputari, cum ubi maior est numerus zelus melior presumatur. Pars vero altera electionem eandem multipliciter impugnabat proponens prioratum R. in etate defectum nec esse sufficientis scientie ad ecclesiam supradictam, cum etatis mature et eminentis scientie prepositus cardinalis existat. Et cum electores cardinales alios meritis et numero precellerent habito presertim respectu ad personam electam meliorem zelum eos habuisse constabat. Dicebatur preterea quod consensus dicti W. quem pars eius R. confitebatur fuisse contemptum, asserente parte reliqua capitulum potius contemptum ab ipso fuisse, cum non fuit presentis in scrutinio set post electionem accesserit ad id esse nil valebat. Et quamvis statutum generalis concilii quod electionem docent invalidam cum contra eius concilii formam in electione peccatur non debet ad contemptum et alia que non possunt de forma referri. Unde quod ibi dicitur quod aliter electio celebrata non valeat ea tantum respiciet que attemptantur contra formam concilii memorati. Non autem alia que ponuntur in iure. Sic est istud quod presentibus omnibus qui debent et volunt et possunt commode interesse haberi debeat in electione processus ne cetera que super hoc alibi statuta noscuntur. Ceterum cum excecatum est romanum pontificem qui uitia tueret quod alias excogitatum est multis vigiliis et inventum uno verbo subvertere voluisse. Nos igitur que hic fuere proposita plenius intellectis et ex lateranensi concilio in ordinationibus ecclesiasticis cum maior pars et sanior capituli exigatur et statutum generalis concilii contineat inter cetera ut is eligatur in quem omnes vel maior et sanior pars consentit electionem dicti R. non persone set potius ipsius electionis uitio cum maior et sanior pars non consenserit in eundem de fratrum nostrorum consilio sententialiter duximus irritandam.

Idem.

Publicato scrutinio variare nequeunt electores, cum sit facienda collatio et electio celebranda, ad quod per superiorem si oportuerit compellantur.

Idem.

Si alicuius electionem ipsius symonia eo ignorante ac ratum non habente commissam contingerit reprobari, cum eo super plenitudine ad quam taliter electus fuerat illa vice non potest esse dispensare, quamvis circa eum qui ignoranter recipit simplex beneficium per symoniacam pravitatem post liberam resignationem episcopi dispensatio tolleretur.

Idem.

Eis quibus interdicitur ut absque superioris licentia eligere non presumant, tale statutum a canone est ut eo quo minora fuerit licentia huiusmodi postulandi.

Innocentius tertius. De translatione episcopi vel electi. R. ...

Cum ex illo generali privilegio quod beato petro et per eum ecclesie romane dominus noster indulsit canonica postmodum manauerint in...

[illegible gloss]

vin. ex illo. ij. privilegio. quo videlicet prefulsit illa cunctis ecclesiis. xxi. di. in novo. et c. quarum. in hoc differt imperium ad papatum quia imperator habet iurisdictionem suam. apostolo. institut. de iur. nat. §. hoc quod principi. et C. de veteri iur. enu. l. i. §. cum enim. In aut. quomodo oportet episcopos. de quibus ab eodem principio sunt ro. ecclesia vocem de celo tamquam prelata est urbis. xxi. di. quamvis. mi referenda est. vij. di. preceptis. xxv. statuta continentia. quia quod religiones et fidei ad pectus. q. i. Quod ob. xxvj. q. i. sit ut. xxv. q. ult. translationis et depositiones. iij. q. vj. quamvis. et c. dudum. ij. c. preterea. vij. q. i. mutationes. conivencie.

Mutationes. vij. q. i. temporis qualitas.
hiis usibus comprehendere. Restituit et pp solus. de pote. et ipse dividit.
Decivit eximit et probat an tamen solvit.
Deinde utique facit generale esset inmutat.
Appellat unde ab ipso. de figlis istis habebis concordancias. i. de excess. pre. sic unit. c. f.
Firmasse. sed quosdam fore narrat. quia ante pallium receptum non potest confirmare. quia in pallio plenitudo pontificalis officii confertur. i. de usu pallii. non spiritualis. ar. s. de elec. Quia docet sicut fit. s. de elec. suffraganeis. dicunt quidam. quod illa non tenet. alii dicunt quod confirmasse non potest. omnia illa que sunt iurisdictionis huic. et s. de elec. nostri. quia in confirmatione consequitur omnia que sunt iurisdictionis confirmare iurisdictionis. est. quia eo confirmato potest conferre beneficia. s. de elec. nostri. generale eandem rationem confirmare. quia capitulum vacante sede confirmat. i. de maio. et ob. cum olim. ac. hiis quia. ar. ut comprovinciales episcopi. lxiiij. di. quia per ambitiones. ar. i. de hereticis. ad abolendam. §. quam. ar. i. de excess. p. quia diuersitatem. Illud est verum quod electus in archiepiscopum confirmatus omnia potest que sunt iurisdictionis et non que sunt ordinis. unde licet possit confirmari electos illos tamen consecrare non potest. ante pallium acceptum. s. de elec. quod sicut. ij. de consec. ec. vel al. aq. et illa de.

Suffraganeis. quidam voluerunt intelligere quando non est in mora. et illam quando sicut quando est in mora petendi pallium. alii dicunt quod dicit illa suffraganeis teneat. et quod electus in archiepiscopum confirmatus potest confirmare suffraganeos suos. ut hic innuitur et potest demandare suffraganeis suis. ut electum debeant consecrare. licet ipse facere non possit. video quod ipse non potest clericum ordinare. et tamen potest mandare alicui episcopo. ut ordinet. hoc idem faciunt abbates exempti de clericis suis. quia faciunt illos ordinari. non possunt per episcopos. quos episcopi non ordinarent sine licentia eorum prelatorum. multo fortius electus talis potest mandare hoc suffraganeis. et illa est ratio quia per hanc demandationem nil committit. cum ipsi episcopi ex ordine. ecclesiam consecrent. quia habent facere possunt nec de est illis non quod consecrando non est de sua iurisdictione nec sequitur non potest hoc facere. ergo non potest aliis demandare. in similitudine habes in abbatibus exemptis et electis ac. actio audacia tribuatur. sic. i. e. firmatis quanto. ac pena unius metropolitani alti. i. q. vij. quia pp. ij. de statu re. eaque sunt puniuntur quos in eo in quo deliquit. i. de temporibus or. licitius. ij. e. quanto. b

Inter corporalia. ij. facilius. hoc est generale. nam in peculium facilius revocatur. quam constituatur. ff. de peculio. in statu et possessio facilius amittitur. quia solo animo et acquiritur quia in necesse est actus corporales. ff. de ac. pos. possidere. §. in amittenda.

statuta. conniventie maiores ecclesiis ad se. ap. preferendas. Ac pro hoc translationes episcoporum. et sedium mutationes ad summum. ap. se. antistitem dinoscuntur pertinere. nec super hiis quicquam preter eius assensum debeat immutari. Miramur quod in A. Aprutinensem electum metropolitanam ecclesiam transtulisti. et novo quodam mutationis genere. presumpsisti maiorem. et magnum quodammodo minorasti. episcopare archiepiscopum immo potius dearchiepiscopare presumens. Licet enim dictus A. nondum fuisset in archiepiscopum consecratus. confirmationis tamen munus receperat. et archiepiscopalia quantum ei licuit ministravit. sicut nobis ipsius relationis innotuit qui se tuam metropolitanam asseruit confirmasse. Ne igitur presumptioni similia ceteris audacia tribuatur. tua de eo confirmatione duximus suspendendum.

Idem eidem canonicis et capitulo Aprutinensi.

Inter corporalia et spiritualia cognovimus esse differentiam. quod corporalia facilius destruuntur quam construantur. spiritualia facilius construuntur quam destruantur. Unde iuxta canonicas sanctiones episcopus solus auferre non potest solus honorem quem dare potest. Episcopi quoque metropolitanis suis munus consecrationis accipiunt qui tamen non possunt nisi per Romanum pontificem condempnari. Cum ergo fortius sit spirituale vinculum quam carnale. dubitari non debet quin omnipotens deus spirituale coniugium quod est inter episcopum et ecclesiam. suo tantum iudicio reservaverit dissolvendum. qui dissolutionem etiam carnalis coniugii quod est inter virum et feminam suo tantum iudicio reservavit. precipiens ut quos deus coniunxerit homo non separet. Non enim humana sed potius divina potestate coniugium spirituale dissolvitur. cum per translationem. depositionem. aut cessionem. auctoritate Romani pontificis. quem constat esse vicarium Ihesu Christi. episcopus ab ecclesia removetur. Et ideo hec tria que premisimus non tam constitutione canonica quam institutione divina soli sunt Romano pontifici reservata. Sicut autem episcopus consecratus sine licentia Romani pontificis suam non debet ecclesiam relinquere. sic et electus confirmatus. cum non debeat indubitanter revocari. quin post electionem et confirmationem canonicam inter personas eligentium et electi coniugium sit spirituale contractum. cui per consecrationem episcopalis dignitas nichil addit. cum quis episcopali preditus dignitate nullius tamen ecclesie possit episcopus esse. quemadmodum de illo contingit. qui honeri pontificali renuntiat non honori. Unde etiam non magis sit vinculum episcopi ad ecclesiam quam electi maxime cum fuerit confirmatus. immo idem penitus et non aliud. idem iuris obtinet in utroque. Sicut ergo episcoporum translatio depositio et cessio. sic et electorum post confirmationem spiritualis huiusmodi coniugii soli est Romano pontifici reservata. Hec usque adeo ista quod cautum fuerat de episcopis expressum non fuerat de electis. propter expressam tamen similitudinem vel identitatem potius. nemini poterat videri dubium subtiliter intuenti. cum idem iudicium de similibus sit habendum. Et neque illud quod in canone legitur de electio. ut si ultra iij menses per suam negligentiam retinuerit ecclesiam viduatam. nec ibi nec alibi donum consecrationis accipiat. in metropolitani sui cedat iudicio aliter intelligentibus poterat suffragari. cum non intelligat

Destruantur. unde lex dicit quod difficilior est co. c. minij. quia coniuncto. C. de repudiis consensu. i. pri. c. iiij. et iiij. dudum. et supra. capitulo. proxi.
solus. xv. q. vij. c. ult. q. vi. quamvis. ij. e. quanto. et c. licet.
metropolitanis. lxiij. di. ... immutate. fortius est. quia dissolvi non potest in tantum et ac
per Romanum. po. ut. iij. confectus per ... coniugium. immo manent
fortius. sit. i. dignius. quam carnale. coniuges separati. si propter fornicationem. xxxij.
q. vij. c. i. et iij. ij. de iure iur. cum nos. et durat usque ad mortem. vij. q. i. sic ut vel ... ij. de sepul. de uxore. non tamen inter carnale copulam. i. de con. c. ex publico. et in capitulo. verum. spirituale vero coniugium in multis casibus dissolvitur. translatione. renuntiatione. depositione. auctoritate domini pape. ut. s. e. c. proximo. et nominatus est fortius. i. dignius. et ij. de maio. et ob. solite. xij. q. ij. c.

homo non separet. xxxij. di. ij. quod in subditis. et c. quos deus. eiusdem. Ratio tamen non est quod posset dicere aliquis cotidie dissolvitur. ut supra Ret. non enim et est

divina. et sic quod fit auctoritate domini pape dicitur fieri auctoritate dei. et est verum sicut etiam hoc faciat. xxiiij. q. i. quodcumque. et q. iij. si quis non recto.
vicarium. et tamen piscatoris est successorio. xxiiij. q. v. nolite (?) et ep. dicitur vicarius Christi. xxxiij. q. v. mulierem. et successores sunt episcopi apostolorum. lxviij. di. quorum vices. xxxi. d. in novo testamento. ij. de sac. un. c. i.
confirmatus. ergo ante confirmationem potest quis vel est verum. adhuc habet tenue ius. cum possit repelli per exceptionem. i. de accusat. super his. de iure pa. s. e. c. innomine. dic ergo quod ubi post... qui tollit vinculum a coniugio spirituali nil addit consummatum tum in consecratione illud. de. i. e. licet.
nullius tamen. ergo non potest

spiritualia. non legaliter confuerit de facili destruuntur. cl. di. sic. spiritualia vero. hoc illud intelligas quod ad destructionem intuitum. quod fit per peccatum. unde dicitur. qui peccat in uno factus est omnium reus. i. de reg. i. deleat. quod hoc dicitur referas ad sacramenta habet. hoc ordinationes consecrationes ad pones ...

hac hoc esse quia ab hoc fugit ab esse. C. de probat. neque naturales. et c. unum quam. ij. de resti. spol. cum ad sedem. ar. i. de testibus cum tu. xxxv. di. iij. que ipsis. honori. i. de ordinatis ab episcopo. qui ren. c. uno. ij. de renunt. ad supplicationem. in utroque quia de similibus idem debet esse iudicium. s. de electione dudum. similis est enim

equitatis ro. filia iura suadet. C. ad l. fal. l. ult. [illegible] ...
sic electo. q. ... [illegible]
[illegible]

ecclesia viduata quasi sponsum non habet. et quia sponsus eius non dum sit consecratus. adhuc quo ad quendam quasi viri manet solatio destituta. sicut iuxta communem modum loquendi. Illa dicitur ecclesia viduata. que licet episcopum habeat. inutilem tamen prohibetur habere. nec quod de cessione subsequitur et statutum fuit ad penam. trahi debet ad gratiam ut sicut metropolitani iudicio electus delectatur ita etiam ad aliam ecclesiam possit transferri. presertim cum nec sine auct. ro. pon. fiat cessio. ut de electio. memorata. qui ut hec posset ex canone illo metropolitano indulsit. Verum si circa translationem idem fieri voluisset quod de cessione dicitur. et de translatione potestatem expressisset. et quod non est scriptum patrum decreto sancitum. super statiosis nobis non est ad inventionibus presumendum presertim cum non unquam intelligatur prohibitum quod non invenitur expressum. Sane quia Constantiensem archiepiscopus electum Abrincensem per metropolitanum suum confirmatum in ecclesiam vestram preter apostolice sedis auctoritatem transferre presumpsit. et episcopum consecrare Rothomagensis archiepiscopus citra mandatum nostrum absolvit. et ei tribuit licentiam in secundum electos archiepiscopos a confirmatione et consecratione pontificum. episcopum vero ab exsecutione pontificalis officii. Bituricensis archiepiscopus iuxta tenorem mandati nostri suspendit. et quia vos archiepiscopi tamquam maiores plus excesseritis in premissis. prefatus vero episcopus minus ut pote illorum tanquam maiorum errorem secutus. Nos tamen intellecta eorum confessione spontanea. supplicatione devota. venialem errorem credimus. quia non ex malignitate. sed ex simplicitate peccaverunt. Et quoniam prefatus episcopus qui minus peccaverat. sevius fuerat castigatus. reatum suum recognoscens humiliter et devote ac misericordiam postulans et iudicium non requirens. Nos intuentes quod licet sibi munus consecrationis impensum. nec prioris ecclesie ipsum pontificem fecit nec secunde cum ad primam non fuit consecratus. et ad secundam ecclesiam prior vinculo perdurante non potuit canonice consecrari. adhuc coniugali alteri alligatus. et tamen avunculo prioris ecclesie. quia a pena suspensionis omnis penitus absolutio. benignitate se. ap. duximus concedendum. ut priore consensu hac tenus perdurante Abrincensem ecclesiam studeat gubernare.

**Idem archiepiscopo et p. scolastico Moguntino.**

Quanto personam Hildesemensis episcopi et ipse reiecta Hildesemensi ecclesia ad Herbipolensem auct. se. ap. translulit non attendens. quod veritas in evangelio protestatur. quos Deus coniunxit homo non separet. potestatem transferendi pontifices. ita sibi retinuit dominus et magister. quod soli beato Petro vicario suo. et per ipsum successoribus suis. speciali privilegio prebuit. et concessit. sicut testatur antiquitas cui decreta patrum sanxerunt reverentiam exhibendam. et evidenter asserunt sacrorum canonum sanctiones. Non enim homo sed deus separat. quos ro. pon. qui non puri hominis sed veri dei vicem gerit. in terris. ecclesiarum necessitate. vel utilitate pensata. non humana sed divina potius auct. dissolvit. et c. Ne autem feri pravitas transeat posteris in exemplum. quod quidem fuerit tum est non potest non esse notorium. sibi precipimus. ut admini

[illegible]

q qualiter se obligatio cum [illegible] ... ad audientiam.

reverentiam. tamquam viri sceptro. xi. di. ecclesiastica ... puri hominis. veri tamen hominis ... celeste arbitrium. C. de summa. ... vice gerit. vin di lex ...

stratione herbipolensis ecclesie penitus derelinquat. et infra. Ceterum herbipolensis canonici vota sua in ipsum presumptuose illicite contulerunt. volentes signum esse ut meo puniantur in quo peccaverunt eligendi eos hac vice suspendimus potestate. et infra. Cura vero hildesemensis ecclesiam cui fuerat alligatus. unde secundum apostolum solutionem querere non debebat nimis improbe dereliquit. ne ad ipsam redeat ultius districtius inhibemus. cum secundum traditiones canonicas qui ad maiorem sedem transiluit a cathedra pelli debeat aliena. et cetere propria. ut nec illis presideat quos per superbiam sprevit nec illis quos per avariciam concupivit. Idem. wirtzburgensi episcopo et scolastico magistro.

Licet in summo. et infra. Sicut legitimi matrimonii vinculum quod est inter virum et uxorem. homo dissolvere nequid. domino dicente in euangelio. quos deus coniunxit homo non separet. sic et spirituale fedus coniugii quod est inter episcopum et ecclesiam. quod in electione initiatur. ratum in confirmatione. et in consecratione intelligitur consummatum. sine illius auctoritate absolvi non potest. qui successor petri et vicarius ihesu christi. Hoc autem C. quondam hildesemensis episcopus non attendens ad herbipolensem ecclesiam propria temeritate transivit. et infra. Nec illa P. N. indulgentia presumptionem excusat ipsius sed ambitionem accusat. cum in ea sit expressum quod si ad maiorem vocaretur forsitan dignitatem. eam sibi liceret assumere dum tamen nichil ei de statutis canonicis obviaret. Unde licet forsitan aliquibus videatur. ut indulgentie occasione ipsius ad dignitatem possit transire maiorem. ad parem tamen ipsi transire non licuit. cum in maiori dignitate propter maiorem utilitatem facilius soleat dispensari. preterea cum postulatio sicut et electio examinari soleat diligenter. et tenor illius indulgentie non solum videatur postulationis examinationem sed preces etiam refutasse. subiungens dummodo nichil de canonicis obviet institutis. ante quam per eum postulatio examinata fuisset. cui non fuerat facienda. nulla debuerat ratione transire. Clemens iij.

de auctoritate et usu pallii.

Cum super aliqua re. et infra. quesivisti quomodo intelligatur quod in forma traditionis pallii continetur. videlicet tradimus tibi pallium. ut eo infra ecclesiam tuam utaris. quod ita intelligitur videlicet infra qualibet ecclesiam provintie tibi commisse. Si vero te sacris indutum vestibus ecclesiam processionaliter ut alio modo exire contingit. tunc pallio minime uti debes.

Celestinus tertius.

Ad hec quia quesitum est a nobis ex parte tua utrum liceat tibi pallium tuum metropolitano alicui commodare. et infra. Inquisitioni tue taliter respondemus. quod non videtur esse conveniens. ut pallium tuum alteri commodes. cum pallium personam non transeat. sed quisque cum eo debeat sicut tua novit discretio sepelliri. Innocentius tertius. C. presbytero cardinali apostolice sedis legato.

Nisi spiritualis illa dilectio. et infra. Sane si postulatio tudiarensis episcopi ad panormitanam ecclesiam fuisset per nos etiam approbata. non tamen deberent se archiepiscopum appellare. priusquam a nobis pallium suscepisset in quo pontificalis officii plenitudo. cum archiepiscopalis nominis appellatione confertur. Tu ergo quod factum est si studeas palliare. ut id in confusionem tuam. apostolica sede obprobrium non redundaret. quem

sio oportat ut vel nos vel tu ex hoc negocio confundamur. eligemus potius te confundi quam ledamur. se. apo. dignitatem. Id.

Ad honorem dei. et infra. Sane solus ro. pon. in ministeriis sollempnibus pallio semper utitur: et ubique quoniam adsumptus est in plenitudinem ecclesiastice potestatis que per pallium figuratur. Alii autem eo nec semper nec ubique sed in ecclesia sua in qua iurisdictionem ecclesiasticam acceperunt. certis debent uti diebus qui vocati sunt in partem sollicitudinis non in plenitudinem potestatis.

Id. compostell. archiepo.

Ex tuarum tenore litterarum accepimus. quod cum fuerit in concessione pallii tibi dictum. ut ipso infra tuam ecclesiam uteretis. et tibi pro ecclesia tua negotiis frequenter extra tuam provinciam commoranti. verecundum sit absque pallio ministrare. cum consuetudo sit in hispania generalis quod archiepiscopi extra suam provinciam pallio indifferenter utantur: ut extra tuam provinciam uti pallio indifferenter utantur. ut extra valeas indulgeri tibi a se. ap. postulasti. licet autem consuetudo talis dicenda sit potius corruptela. nos tamen dispensative tibi gratia indulgemus. ut si necessitate aliqua prepeditus ad ecclesiam tibi subiectam accedere forte nequiveris pro consecrandis suffraganeis tuis vel clericis ordinandis. et ad ecclesiam alienam propter hoc te contingit declinare dummodo is ad quem ecclesia pertinet id permittat utendi pallio in iam dictis casibus liberam habeas facultatem. Honorius. iii. archiepiscopo. t.

Quia nos. et infra. Inquisitioni tue. t. r. quod tu in ecclesia aliena dicere poteris absque pallio statuimus celebrare quamvis in tua dicat in sequentibus celebrare pallio. sed diebus illis dumtaxat qui in concessione tue privilegiis sunt expressi. sicque soluta est quanta questio qua quesisti an sit tibi licitum pro defunctis cum pallio celebrare. Id.

Cum sit. et infra. ubicumque fueris in missarum celebrationibus constitutis diebus sollempnibus usum pallii per quod plenitudo pontificii designatur. potes libere exercere. Alex. iii. london. epo.

De renuntiatione

Litteras tuas. et infra. Si tuam aut senectutem aut insufficientiam forte considerans te tamquam emeritum postulas relaxari. Scito nos credere quod tutius sit hoc tempore si commissa tibi ecclesia sub umbra tui nominis gubernetur. quam si alterius nove incognitaque persone gubernando in tanto discrimine committatur. maxime quia vite rigor devotionis et fidei etiam corpore senescente non deficit. sed urgente deorsum conditione corporea. fervor spiritus in sublimiora consurgit. et infra. Monemus te igitur ut super his diebus istis nulla te faciat importunitate molestum. quia indecens omnino probatur. prius solvere militie cingulum. quam cedat victori adversitas preliorum.

Id. abbati doleri. et priori de atiga.

Cum in. ecc. p. Gaufridi et quosdam alios canonicos secularii super spirituali beneficio scilicet stallo in choro et loco in capitulo questio fuisset diutius agitata. et infra. demum quia questio si sopitum. per inventum de consensu maioris partis capituli fuisset deprehendo beneficio amet. ap. investitum cum faciatis beneficium ipsum pacifice possidere. non videtur nobis impedimentum afferre iuramentum quod dederit in petendo ulterius

proponitur presentasse, petisse si cum fratribus maioris et sanioris partis canonicorum electe intercessit. Idem episcopo Vetulan.

Ex transmissa relatione abbatis S. N. decepano nostris est auribus intimatum, quod P. nutus clericus dum in firmitate laboraret, ad monasterium sancti Salvatoris sibi petiit habitum monasticum indulgeri. qui recuperata postmodum sanitate ad monasterium illud gratia complendi votum accessit, et ibidem moram aliquantulam faciens, ea que predicte ecclesie S. N. contulerat, sibi fecit restitui. Nunc autem mutato animo laborat ut restituatur in ecclesia supradicta. Verum quoniam iam dicta ecclesia ab eo soluta dignoscitur, ex quo ea que sibi contulerat ad petitionem suam resignavit eidem, mandamus quatenus si res ita se habet, predictum abbatem et socios eius ad petitionem P. nulla ratione compellas invitos, nec a cepiano compelli permittas; hortari tamen eos poteris ut illum non tanquam unum de ecclesia, sed qui denuo recipiant in socium et in fratrem.

Clemens tertius.

Super hoc quod sciscitaris, utrum ecclesiastica beneficia reposcentibus obiecta spontanee abrenuntiationis exceptio sine cause cognitione sit admittenda, an actoris quod sponte non renuntiavit, an rei de spontanea renuntiatione debeant probationes admitti: sic tue experientie respondemus, quod cum nulla ratio vix simul ferat ut quisquam beneficium multis forte laboribus et expensis acquisitum quo sustentari debet facile sine magna causa sua sponte resignet, ideoque supervacuum esse non credimus causam resignationis diligenter inquiri, quia si forte probabilis et iusta non fuerit, nec metu nec oppressione non interveniente patrimonio, non promissione extortam mox invenerit, imprimere suum intuenti vitium quam fieri de voluntate credimus quod fere semper a malo est; nisi replicatio canonica fuerit opposita, admittere non possumus. Porro licet negantis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio, eius tamen qui spontaneam renuntiationem negat cum implicite et quodam modo replicando inficietur super assertione sua, habito ad dignitatem et opinionem respectu, probationes credimus admittendas. Idem.

In presentia nostra et I. licet ergo iudex non semper ad omnia que per probationes ad probandam intentionem suam seu et confessionibus, depositionibus et allegationibus et aliis que in presentia proponuntur formet animi sui motum, et tanta sit iudicialis auctoritas ut semper presumatur pro ipso donec contra ipsum aliquid legitime comprobetur; quia si tu coram dilecto et eius iudice tuo prius probaveris, standum fuisse sententie nisi adversarius eam ostenderet iniquam tandem. Quia tamen post ista constitit de ipsius renuntiatione spontanea per quasdam episcoporum litteras et confessionem ipsius, nos ei super eadem ecclesia perpetuum silentium duximus imponendum.

Celestinus tertius.

Sane cum dilectus filius N. presbyter cardinalis, tunc apostolice sedis legatus, nos meminimus intimasse ut H. subdiaconus canonicus in precedente ecclesia institueret, qui mandatis nostris obtemperans ibidem instituit in canonicum subdiaconum memoratum, et I. presbyter idem H. quandam uxorem ductus consilio litteras suas vobis remittens vive mee se subiecit, et I. cum non [illegible] dicitur impetrare, inde cogitur causam penitentium sustinere, mandamus quatenus hoc non obstante ipsum institutum et canonicum admittatis. Innocentius tertius Senensi archiepiscopo.

Quod incubuit. et infra. Preterea qui beneficium ecclesiasticum sibi collatum sponte in manu laica resignantes. illud demum a laico susceperint eodem sunt beneficio spoliandi. licet resignatio talium facta laico nullam optineat firmitatem. Idem Eboracensi archiepiscopo.

Ad supplicationem Ragusinensis archiepiscopi eum a cura qua tenebatur ecclesie Ragusinensis duximus absolvendum. eo quod ibi non poterat secure morari et si accessum haberet ad illam mortis sibi periculum imminebat. et infra. Ne igitur vestrum [illegible] nostri ministerii defectum in rebus temporalibus patiatur. et infra. Quod de liberalitate regia ac concessione tua in episcopatu Carleoli et ecclesia de Malebourum est illi collatum ad sustentationem consortis ... eius concessimus ut in ipso episcopatu absque usu pallii officium episcopale valeat exercere. tibi tamquam metropolitano reverentiam et obedientiam impensurus. Idem archiepiscopo Callatitano.

Nisi cum pridem. et infra. Si tibi cessionem contingere tibi melioris vite promittis. Scire te debes non esse sanctificato in utero sanctiorem et ideo non oportet te predicationis iam suscepte deserere ministerium. Cum ille cunctis habundans sit recusabat tandem predicandi receperit verbum dei. Quod si forsan humilitatis causa a culmine queris pontificali descendere. eo ipso videris humilitatis exigere male virtutem quod te nimis in resignandi proposito exhibes pertinacem. quia tunc vite veram humilitatem custodies cum et prelatum locum subtilis fugies. et pro obedientia non dimittas. Enimvero te scire volumus quod hec sunt illa pro quibus cedendi episcopo potest licentiam postulare. Conscientia est criminis. debilitas corporis. defectus scientie. malitia plebis. grave scandalum. irregularitas persone. Sed in his omnibus est observanda cautela. Propter conscientiam est criminis. cedendi potest licentiam postulare. et forsitan non cuiuslibet. sed dumtaxat illius propter quod ipsius officii executio post peractam etiam penitentiam impeditur. cum si omnes quos arguit conscientia cuiuslibet culpe cederent. pauci vel nulli in suo ministerio remanerent. et infra. Alia vero causa est debilitas corporalis. vel que ex infirmitate vel ex senectute procedit. nec tamen omnis sed illa solummodo per quam impotens redditur ad exequendum officium pastorale. nam si pro qualibet corporali debilitate suscepte servitutis officium posset deseri. frustra se fateretur apostolus virtutis in infirmitatibus gloriari. cum videlicet non plus obstetur senilis debilitas aliquid cedere. quam moralis maturitas que in senibus esse solet ipsos in suo officio debeat confirmare. presertim cum dicat apostolus. cum infirmior tunc fortior sum. quia non unquam infirmitas corporis fortitudinem cordis augmentat. Propter defectum quoque scientie plerumque potest quis petere cessionem. quia cum circa spiritualium administrationem sit potissimum necessaria et circa curam spiritualium temporalium oportuna. presul qui commissa sibi debet ecclesia regere mutuoque salubrem ei renuntiat. si qui conscientia in qua ipsum regat ignorat. Tu enim inquid dominus. scientiam repulisti et ego te repellam ne sacerdotio fungaris michi. quamquam et si fungaris desideranda sit eminens scientia in pastore. tamen in eo transit competens tolleranda. quia secundum apostolum scientia inflat. caritas edificat. et ideo defectum scientie supplet potest perfectio caritatis.

pt maliciam aut pleb' exigitur. it
cum platus ab ipius regimine
declinare. qm plebs adeo dure ceruici
cis existit. ut proficere nequeat. ap
ipsam. sz ppt eius duritiam quo ma
gis satagis eo magis iusto iudici
o deficere pmittatur. dicente dno p
prophetam. linguam tuam adhe
rere faciam palato tuo. quia do
mus exasperans e. et apli legunt
dixisse iudeis. ecce conuertimur ad
gentes. quia uobis dei uos indignos
fecistis. non tn pqualibet culpa
pastor debet deserere gregem. ne mer
cennario competur. qui uidet lup
um. ue. et di. oues. et fu. sz desupio
ns licentia tunc dimittere pot non tam
timide fugere quam prouide decli
nare. cum oues conuertunt in lupos.
et qui debuerant humilit obedien
tiam inreuocabilit excedunt. cu et
si tales sint grauit pro crimine
puniendi sunt. tn p ipse utiliter
tollendi. quia sanguinem elicit q
nimis emungit. Pro graui qz
scandalo euitando cum alit seda
ri non pot. licet epo petere cessionem.
ne plus temporalem honorem quam et
nam uideatur affectare salutem.
memor illius quod dicit apls. si
esca scandalizauit fratrem meum.
non manducabo carnem in eternum.
Sz int scandalum et scandalum
est subtiliter distinguendum. sic
dominus ipse dicit. cui cum dixis
sent apli. Scis quia pharisei au
dito hoc uerbo scandalizantur. re
sinite. ceci sunt duces cecorum. A
lio uo dicit. qui scandalizauerit
unum de pusillis istis qui in me
credunt expedit ei ut suspenda
tur mola asinaria in collo eius.
et demergatur in profundum ma
ris. Pro irregularitas. ut

si forte sit bigamus. uel uiduę
maritus. e causa ppt quam licen
tiam petere pot aliquis resigna
di. attestante aplo qui dixit. o
portet epm esse unius uxoris uirum.
non tn propt et qualibet irreg
ularitatem psone debet ei qui reg
ulariter ministrauit. cedendi licentia in
dulgeri. ut puta si de legitimo matrimo
nio sit natus. quia licet irregularita
ti hi non possint subiacere. si tn et culpa
latet et causa. cum eo qui laudabilit
suum impleuit officium. iniuncta
sibi penitentia competenti. pot non mi
nus humilit quam misericordit
dispensari. Ego sum inquid ds zelo
tens uisitans peccata patrum in filios
usq in tertiam et quartam generationem
in his qui oderunt me. i. in illis qui contra
me patrum uestigium imitantur.
Vn patet quod illis qui patrum uicia
non secuntur. ppe possunt in talibus suf
fragari uirtutes. Illo discretionis adh
ibito moderamine ut int notos et
manceres naturales et spurios di
stinguatur. et i. Cum si ppt ali
as causas cessionem affectet. non e
in hoc postulanti fauendum. cum hi
postulatio uideatur non esse discreta.
qm ut id tanquam notissimum omit
tamus. qd ociositas et uoluptas
arma sunt hostis antiqui. ad mise
ras animas captiuandas. ppt laboris
angustias. aut psecutionis incur
sus. non debes deserere sponsam tuam.
cui desigendo manum aptis gratia
te fide media copulasti. Sciens q
beati sunt illi qui psecutionem pati
untur ppt iustitiam. qm cum pbati
fuerint. ac. co. ui. q. re. co. di. se. sz di
cens. sps ubi uult spirat. et nescis unde
ueniat aut quo uadat. et uos non e q
possit uias illius sps psentari. q
spu di aguntur non sunt sub lege. qm

ubi spiritus dei ibi libertas. Quare si cedendi tibi licentia ab homine data non fuerit, nichilominus tu cedere potes quia data est cedendi libertas a deo. Ecce te ipsum si sic sapis. Nam quomodo spiritu dei agitur qui contra spiritum agit dei. Si enim vera sunt que premisimus, immo quia indubitanter sunt vera, procul dubio contra spiritum dei agit qui id contra veritatem attemptat, cum ipse est spiritus veritatis. Porro si dicas, quod forsan est alia latens causa propter quam cedendi voluntas tibi celitus inspiratur, et nos sic quidem respondemus: Tu quomodo scis quod talis inspiratio sit celestis? Non ne recolis quod ille gloriosus pontifex exprimit, cum cum cepisset viribus corporis repente destitui: Domine si adhuc po. tuo. su. ne. no. la. fi. uo. tu. Illius exemplum secutus qui exoptat: cupio dissolvi et esse cum Christo; permanere autem in carne necessarium est propter vos, etc.

Quippe si quantocumque virtutum flore fulgeas et tamen non habeas caritatem, nichil comprobaris habere. Nulla siquidem maior poterit esse caritas quam ut animam po. quis pro. suis. a. Cum autem propter hanc te deceat animam tuam pro subditis tuis ponere, nulla occasione, dum modo proficere ipsis possis, et si non omnibus, tamen multis, ab eorum regimine te convenit excusare, cum si laboraveris, eam predictus exemplum te apostoli sublevabit, qui suadet tibi laborem robore pro nichilo non refugere, dum se asseruit pro eorum salute plus ceteris laborasse. Quia licet non sequatur semper labore effectus, nec minus tamen ipse labor est meritorius apud deum, iuxta quod legitur: Reddet deus mercedem la. sco. suorum, etc.

Nec putes quod ideo Martha malam partem elegerit que erga plurima satagebat, quia Maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea. Quod licet illa sit magis secura, ista tamen est magis fructifera, et licet illa magis suavis, hec tamen magis utilis, cum in fecunditate sobolis lippitudo Lye Rachelis pulcritudini sit prelata. Quatenus simul vivimus contemplativus esse valeas et activus, legislatoris exemplo qui nunc ascendebat in montem ut ibi gloriam domini cum maiori cerneret libertate, nunc vero descendebat in castra ut cum utilitate necessitatibus populi provideret. Qua propter facilius indulgetur ut ascendat monachus ad presulatum quam presul ad monachatum descendat, etc. Monemus itaque ut laborem pastoralis regiminis non recuses, ne fortassis ad pedes suos cum Maria sponte recipere, qui sibi apostolica auctoritate previsses cum Martha sollicita ministrare, etc. Quia vero importulando cedendi licentiam institisti, tibi reduximus relinquendum, ut districtis causis propter quas cedere oporteat, si propter aliquam causam utilem et honestam in tuo proposito perseveres, de licentia nostra concedimus. Alioquin cedendi licentiam auctoritate apostolica tibi scias esse penitus interdictam. Cum et suspecientias habeas quibus satagas in solitudinem advolare, ita tamen astricte sunt nexibus preceptorum ut liberum non habeas absque nostra permissione volatum.

Id. epo. marthiē. rauen. electo.

Post translationem tuam ad ecclesiam Ravennatem, cum prepositus et canonici Faventini in j. eorum canonicum liberam eligendi auctoritate unanimiter contulissent, prepositus j. sancti Frigdiani Lucanen. canonicum, olim episcopum Faventinatem, in eorum episcopum postulando elegit. Porro archiepiscopi F. ticiani priore super hoc requisito et obtentu consensu prepositus et alii

postulationem eandem approbari a nobis humiliter petierunt. Verum postulatio huiusmodi videbatur concilii Constantinopolitani capitulum obviare, in quo statutum est ut quicumque de pontificali dignitate ad monachorum vitam et penitentie locum descenderit, nequaquam ulterius ad pontificatum resurgat. Unde cum dictum concilium cum sit unum ex quattuor principalibus, que sicut quattuor evangelia catholica ecclesia veneratur, nullatenus videbatur eadem postulatio admittenda. Ceterum speciales quidem casus inveniuntur in quibus predicto concilio non obstante is qui vitam monachalem elegit licite rursum potest ad episcopatum assumi. Si enim quisquam persecutionis rabie seu certe ut precedente invaletudine corporis cum proficere nequeat in regimine pastorali, de superioris auctoritate ad monasticam vitam descendit, persecutionis vel egritudinis impedimento cessante ad episcopalem resurgere poterit dignitatem. Et si quis propter litterature defectum ne tanquam cecus ceco ducatum prebeat locum regiminis auctoritate apostolica deserendo ad ordinem se contulit monachalem ac per exercitium lectionis sancte repperit margaritam, procul dubio poterit divino vocatus a domino cathedram reascendere pastoralem. Rursus si quis cum pravitate perventum eo tamen penitus ignorante fuerit episcopatum adeptus et hoc comperto episcopatum tamen de licentia superioris dimitteret observantiam elegerit regularem, et si ad episcopatum eundem redire postmodum nequeat iuxta canonicas sanctiones ad alium tamen poterit licite readsumi. Quamquam autem in hiis et consimilibus casibus is qui episcopatu dimisso monasticam vitam elegit resurgere valeat ad officium pastorale, nichil tamen in hiis esse contra scriptum intelligitur concilium attemptari. Quod in eo loquitur canon, cum propter aliquod crimen episcopatum quis deserens ad vitam monasticam penitentie causa descendit. Unde quidam in eo casu loqui dixerunt capitulum supradictum, cum quis de crimine pro quo convictus fuerat vel confessus ab episcopali dignitate depositus in monasterio extitit ad penitentiam agendam inclusus, vel cum aliquis propter grave crimen pro quo episcopatum retinens penitentiam digne agere non valebat, cedendo obtenta licentia vitam monachalem elegit. Aliis asserentibus sic intelligendum esse dictum capitulum ut propter resurgere nequeat, id est repetere quasi debitum quod tali modo dimissum sit, quamquam eligi possit, presertim si locum tantum et non dignitatem resignavit. Cum ergo nobis constare nequiverit de aliqua causa pro qua dictus electus olim episcopatui cesserit, quia si forte constiterit quod propter aliquam ex premissis sit causis seu consimilibus idem electus episcopatui cesserit memorato, vel auctoritate nostra dummodo necessitas vel utilitas id exposcat licentiam ei tribuere ac credendi ad regimen ecclesie favent maxime simplicitati submittitur, quod dictus electus loco tantummodo cesserit et non crimini vel dignitati. Tunc enim esset vehementissime presumendum, quod non propter crimen ab ipso commissum prius ad vitam migraverit regularem, presertim cum apostolica sede post cessionem multo minus quam antea permisisset eum tali crimine irretito in pontificali ordine ministrare. Aliquatenus cum durum nimis existeret contra tam sollempne concilium libentius postulationem admittere proposito et canonicis memoratis in

iungas ut aliam personam ydoneam sibi eligant in pastorem. Id. in concilio generali.

Quidam ecclesiarum licentiam cum instantia postulantes, ea obtenta cedere pertimuerunt. Sed cum in postulatione huiusmodi aut ecclesiarum commoda quibus presunt, aut salutem videantur propriam attendisse, quorum neutrum suasionibus aliquorum querentium que sua sunt, seu etiam levitate qualibet volumus impediri, eos ad cedendum decernimus compellendos. Hono. III. maioris ecclesie decano et magistro T. canonico sancti Dionisii Leodiensis.

Veniens ad sedem apostolicam I. subdiaconus proposuit quod cum bone memorie I. presbyter cardinalis abbati defuncto et maioris ecclesie ac sancti Pauli canonicis Treverensibus suis litteris dedisset in mandatis, ut sibi in canonicum obvianti prebendam in ecclesia sancti Florini in Confluentia, quam Iacobus decanus ipsius ecclesie resignavit, sub appellationis obstaculo assignarent, et demum cum iudices apostolicum vellent adimplere mandatum, quidam se opposuerunt canonici ecclesie memorate, dicentes subdiaconum antedictum renuntiasse iuri quod sibi ex ipsis litteris competebat, eodem subdiacono hoc negante. Iam dicti canonici testes ad hoc probandum aliquos produxerunt, per quos cum videretur probatum ipsum se gerere capitulum commisisse, dicti iudices predictorum finaliter decreverunt eundem non posse uti litteris supradictis, pro eo quod idem adversariis se gerere commisisset, per quas visus est renuntiasse iuri sibi ex ipsis litteris competenti. A qua sententia idem appellans vigiliam Epyphanie terminum sue appellationis prefixit, ad quem cum venisset, P. de Collemedio capellanum nostrum super hoc concessimus auditorem. Sed cum eius adversarius non accesserit per nuntios missos et aliquamdiu expectatus, nec ullus compareret pro eo sufficiens responsalis, tandem cum predictus litteras habens ad citandum et impetrandum coram eodem apparuit, qui cum ad tractandam causam minus sufficiens crederetur, idem auditor sententiam predictorum iudicum finaliter, iustitia exigente, cassavit. Nos igitur ratam et firmam habemus capellani sententiam memorati. Id. archiepiscopo Treverensi.

Lecte coram nobis fraternitatis tue litterae continebant quod abbas sancti Petri Tullensis tibi humiliter est confessus, quod cum adeo gravi egritudine laboraret quod de vita desperaretur ipsius, ad cuiusdam emuli sui consilium de quo ipse non crederet eum emulum, confidebat monachos ab obedientia qua sibi tenebantur absolvit, vocato diocesano episcopo ut abbatiam in eius manibus resignaret, qui tamen usus consilio saniori non fecit, et eidem abbati sanitati postmodum restituto, universi et singuli de conventu obedientiam et reverentiam requisiti ab eo in capitulo promiserunt. Et ideo cum ex tali facto eundem abbatem suo resignasse regimini non videmus.

Grego. VIIII. Agathensi et Uticensi episcopis.

Dilecti filii conventus monasterii sancti V. immediate ad Romanam pertinentis ecclesiam intimarunt quod abbas eorum sentiens se insufficientem honori regiminis abbatie cessit in manibus eorundem, ipsi quoque G. monachum sancti Victoris elegerunt canonice in abbatem. Et ideo cum G. electus abbas cedere sine licentia nostra nequiverit, nos tam cessionem quam electionem predictas decernentes irritas et inanes, discretioni vestre quatenus abbatem ipsum loco suo restitui faciatis, quo integre restituto vice nostra recipiatis cessionem ipsius. Alex. III. Cist.

## De supplenda negligentia prelatorum

Statuimus preterea ut si episcopi cum humilitate ac devotione sicut convenit requisiti substitutos abbates suos benedicere renuerint, eisdem abbatibus liceat proprios monachos benedicere, et alia que ad officium

[illegible]

hi ptinet exercere. ac tē ipsi epi dioc̄esã
suam recognitent. et abbates bn̄dic̄ez
nō recusent. Clemens. iij.

Sicut nob. t. f. intimauit. monachi q̄
dam t canoīci regl'ares. eccl'as que ad e
orum presentione ptinent intuitu e
patri h̄ntes pro͡p̄ris usib; ɔputare nitūt.
nec uolunt ad eas cum uacāt. aūnt
uacare psōas. quin potius occasiōe con
cessionis quorundam epōr uicarios in
eis pro sua instituunt et ɔstituunt uo
luntate admissos. et .i. pensioib; hōe
rantes. q nec eccl'iis cōpetent possūt
in paupertate nimia desūme. nec epo i
ɔpalib; resp̄ōe. neq; hospitalitate sic cō
uenit transeuntib; impn̄. Volentes aūt
ut status eccē debitus et antiquus palie
insolentiā subuītatur. ɔ. q. nisi aūris
dictione tua exepte sint eccē sup̄dicte p̄
dictos excessus studeas rationabilitē em
dare. et nisi p̄sencte psōe. et .i. tp̄e in latan.
ɔ. ɔstitutum ad uacantes eccl'as t psōas
ydōeas p̄sentauint. extunc tibi liceat.
ap. re. metsōe ōcinare rectores qui ei
p̄ eē nouint et pdeē. ita tñ q ex hoc nul
lum patronis imposterum p̄iudiciū
generetur. Innōc. iij.

Licet magr̄. h. et r. pcurator. r. ɔsco
edmundo. sup archidiaconatu richm̄
die. diutius litigauer̄ coram nob. et .i.
neq; ius nrm negligere uideamur q
alios in sua iustitia confouemus. ɔ.
q. si nob ɔstitit archidiaconatū. rich
emō. uacasse pannum tp̄z semest.
quo uł ad archiepm. t ad capl'm dōati
o ptinebat. nā uacatiōe s; anoticia
ɔputato. pro eo q eboracen̄. archiepc
alium supiorem nō h̄t extunc fuat
ad nos donatio deuoluta utriq; sup
eo silentium imponatis. Id. mag.
p. decano nouo. et r. decanus fon
tis fingleh. ap. se. legatis.

Litteras ure dilectiōis accepim̄. q cū i
qb;dam eccl'iis legatiōi ure subiectis

qdā bn̄ficia et dignitate tanto tp̄e ua
cauissent. q tā p̄lati q capitula s; c̄n̄. lateran. ɔ. capl'a edita ineis constitue
di puuari. postquā ad uītus ur. i
notuit. in beneficiis ill psoās mini
ydoeās instituere p̄sūpser. et .i. dic.
u. ɔ. q. si bn̄ficia t dignitates no
uītis psonis ydoēis assignatas. eas
de patientia p̄mittatis ab ipis pa
cifice possidi. Alioquin psonas am
ouentes prorsus ab ipis easdem p̄s
ydoēis. auct. nra suffulti n̄ differatis
quam totius ordinare. Idem.
epo camoren.

Dilecto f. p. tt. sci marcelli pbro cād.
s. et r. procuratorib;. p. et c. ap. se.
ap. constitutis. audita eccessio. et .i. q
a nob cōstitit ad decano salamanti
āno et eius sequacib; post elapsū.
vj. mensium spatium. i. q epc et ca
pitulum prout cōit expectabat. ad e
os predere ad electiōe; cantoris ne
glexerat. electiōe; supdicti. p. minu'
canonice celebratā. eade detenimu'
irritam et inan eēm. et appellatione
a decano et suis fautorib; interpositā.
fcōy archiepi. ad quē iam erat elig
endi ɔuoluta auctoritas nequisse
aliquatenus impedire. et .i. ɔ. q. nisi
dcō. G. aliquod canoīcum obuiet.
electione de eo factam. sub ap. ob.
confirmetis. Alex. iij. batonen.
episcopo. [illegible]

Subdiaconos aūt [illegible]
nulli nisi. Ro. po. liceat in die b; do
minicis ordinare. quauis consecra
di dō dicatas uirgines et minores or
dines his dieb; hāt licentiam cele
brandi. Sabbato quidē pentecost.
non liceat alicui sacros ordiēs cele
brare. cum in sequenti septimana
recepta sp̄c. s. grā celebrentur. Id.
epo. herforden.

Sane sup eo q monis ee duxisti eccl'iis qb;

[illegible]

ordinatio

... cum Scotie et Wallie in dedicationibus ecclesiarum uel altarium extra ieiunia quatuor temporum clericos ad sacros ordines promouere. significamus quod consuetudo illa utpote institutioni ecclesiastice inimica est penitus improbanda. et non multitudo et antiqua consuetudo tenere esset. taliter ordinati non deberent permitti in susceptis ordinibus ministrare. Nam apud nos sic ordinati deponerentur et ordinantes priuarentur auctoritate ordinandi.

Idem eidem.

De eo autem quod quesiuisti an liceat extra ieiunia quatuor temporum aliquos in ostiarios. lectores. exorcistas. uel acolitos. aut etiam subdiaconos promoueri. taliter respondemus quod licitum est episcopis dominicis et aliis festiuis diebus unum aut duos ad minores ordines promouere. sed ad subdiaconatum nisi in quatuor temporibus aut in sabbato sancto ante dominicam de passione nulli episcoporum preter quam romano pontifici liceat aliquos ordinare.

Idem.

Ex tenore litterarum tuarum accepimus. quod N. clericus acolitus delinquid. quod si peccatum eius esset publicum degradaretur ab ordine quem suscepit. et amplius non posset ad superiores ordines promoueri. Verum quoniam peccatum ipsum occultum fore dinoscitur. mandamus quatinus ei penitentiam congruam imponas. et suadeas ut pro penitentia peracta ordine suscepto utatur quo contemptus existens ad superiores amplius non ascendat. Verum quia peccatum occultum est si promoueri uoluerit eum non debes ratione aliqua prohibere.

Lucius. iij. Cantuariensi archiepiscopo.

Ad aures nostras peruenit quod religiosi quidam ad superiores ordines se desiderant ordines promoueri. sed prelati eorum desiderium impediunt. Tue igitur questioni taliter respondemus quod monachi et canonici regulares et subiecti. debitam suis prepositis obedientiam impendentes in inferiori ministerio deseruire, cum prepositorum scandalo gradum non appetere dignitatis, non enim hac parte subiectorum desiderium confouendum esse credimus quam esse potest quod prelati secreta eorum commissa nouerint ex quibus constat eis quod salua nequeunt conscientia sublimari quia non in sublimitate graduum sed in amplitudine caritatis adquiritur regnum dei.

Idem.

